

6
34 G
25
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE



TETRA MONON EVANGELIO

rũ(quorũ integri textus ſibi cõcordes ſub vna narrationis ſerie hiſtorico ordine connectuntur) à magiſtro Roberto Goullet ſacrę theologiæ doctore profeſſo nuper collectum & coadunatũ, tres in partes diuiſum, quarum quęlibet in Rubricas ſubdiuiditur, Rubricę in totó opere.clxxvi.continentur.







Venundantur Pariſiis, ſub Lilio Aureo,
in via ad diuum Iacobum.
M. D. XXXV.

Extractũ à Registro facultatis Theologiæ In vniuersitate Parisiens.

ANno domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto die prima mensis Iulii, fuit sacra theologorum facultas congregata per Iuramentum apud sanctum mathurinũ In primis audita Relatione honorandorum magistrorum deputatorũ qui visitauerunt Librum intitulatum Tetramonon euangelicum æditum à honorando magistro nostro Roberto Goullet consensit facultas quod Imprimatur & venditioni exponatur.

De mandato domini decani exordine prædictæ facultatis Theologiæ.

ROBERTVS GOVLLET inter sacrarum litterarum professores Parisiensis Academiæ minimus pio lectori ęternã fœlicitatem.



TAMETSI doctores quàm plurimi cum sapientia & auctoritate, tum fama & sanctitate percelebres euangelicos canones, siue (vt dicunt) quatuor euangelistarũ concordantias vigilantissime cõpilarunt. Quorũ christianus doctor Venerandus dominus Ioannes Gerson meminit,&nõnullorũ nomina in suo libro operosissimo recẽset quẽ de subdita materia monotesseron,aut vnũ ex quatuor appellauit. Nõ inutilẽ tamẽ neq; superfluũ iudicã singulorũ euangelistarũ nudos textus historico ordine cõciliari, non quod velim aut audeã ipsis sacro sãctis doctoribus aduersari,seu eorũ dictis quicquã repugnans proferre,sed quæ breuissimo stilo & subtilissimo posuerũt planiori quidẽ modo(omissis vocalibus siue dictionũ concordãtiis quæ in canonibus euangeliorũ facile possunt inueniri)vera euãgeliorũ verba integrosq; textus sine mixtione variatione, aũt diminutione sub vna narratiõis serie curabo cõtexere.Sicq; studiose lector cõfestim aperto codice si quatuor,tres aut duo & qui illi cõcordes sint,sed & singulorũ pro pria facile poteris agnoscere,nec te offẽdat quęso

& aliqualē in enarratiōis ordine repereris variatiō nē. Nonnunquā enim euangelista vnus scribēdo rei gestæ ordinem tenuit alius per anticipationē alius vero per repetitionem oēs tamen veram cō- cordemq; narrarunt historiam prout quidem spi- ritussāctus (qui sacræ scripturæ author est principa lis) Ipsos scriptores edocuit. Non enim refert iux- ta diui Augustini traditionem quibus verbis quove ordine veritas ipsa nota fiat. Quis enim spiritum sanctum nesciat sub vno eodemq; penitus verbo- rum contextu admirabiliū IESV CHRISTI ope rum & gestorum suéq; salutaris doctrinæ (potuisset si voluisset) historiam tradidisse? At vero non sine magno sacramenti mysterio sub quadam concor- dissima (si ita dici possit) dissonantia placuit fide- lium mentes ad humiliorem vigilantioremq; nec non multipliciorem veritatis inuestigationem commouere. Palamq; fieret quattuor euangelistas non humana affectione aut mutua conspiratione sed diuina inspiratione fuisse locutos. Super his au- tem omnibus glossæ doctorum & postillæ (si eas vi sere cupieris) ad plenum te illustrabunt. Præser- tim eximius omnium diuus Augustinus in subtilissi mo de consensu euangelistarum libro suum legen tem abunde erudiet.

Præsens itaq; opus (quod Tetramonon euange liorum dici potest) de saluatoris IESV Ingressu in hunc mundum progressu & regressu in tres partes diuiditur quarum quælibet plures Rubricas secun- dum historiæ qualitatē complectitur. Continentur

autem in totius operis ambitu Rubrice.176.

Prima itaq; pars principalis est de Christi IESV origine & ingressu in mundum per suam admirabilem de spiritu sancto conceptionem & gloriosã eius de virgine natiuitatẽ cõtinet Rubricas.12.vsq; Rubricam.13.exclusiue. Secunda vero pars de progressu ipsius in mũdum per sanctissimam vocalem & salutarem eius doctrinam diuinorumq; operum manifestationem continet rubricas 129.à Rubrica.13. vsq; rubricam 141. Inclusiue Tertia autẽ de illius egressu de mundo per dolorosam eius passionem & ad deum patrem (qui eum miserat) regressu per victoriosam resurrectionẽ & triũphalem ascensionem continet rubricas.35.à Rubrica.142. vsq; operis finem. Postremo autẽ si & ipsos euangeliorum textus secernere volueris breuissimum opus addidi (quod prioris nomine verso Monotetro aut ex vno quatuor nominari censui) quo vnicuique euangelistarum quod proprium est doceberis restituere. Vale piissime lector votorum compos tandemq; tibi sit merces illa quam increata sapientia charissimis amatoribus suis pollicetur inquiens, Qui me elucidant vitam æternam habebunt.

Tabula sequentis operis (quod vt dictum est partes rubricasq; centũ & septuaginta sex cõplectitur) quæ quidẽ perse ad cognoscendã euangelistarũ consonãtiã vtilis esse potest.

PRIMAE autem partis principalis quæ est de christi IESV origine & ingressu in mundũ per suã admirabilẽ de spiritu sancto conceptionẽ & gloriosã eius de virgine natiuitatẽ Rubri.12.

Rubri.1. de diuini verbi (qđ caro factum est & habitauit in nobis) æterna generatione Ioã.so.fo.1

Rub.2. de Ioan. baptistæ diuini verbi præcursoris zachariæ sacerdoti ĩ tẽplo sibi nasciturì per Gabrielẽ annunciatiõẽ, cuius nomẽ ipse prædixit & sãctitatẽ patriq; dubitãti taciturnitatẽ nũciauit. Et de ipsius miraculosa ex senibus parẽtibus sterilịq; matre elizabeth conceptione Luc.so.fo.1

Rubrica.3.de tẽporali & humana IESV CHRISTI genealogia.Math.Luc.fo.2.fa.2

Rubrica.4.de maria desponsata Ioseph quæ (nunciante angelo gabriele) ipsum filium dei, de spiritu sancto concepit Math.Luc.fo.3.fa.2

Rubrica. 5. de visitatione Elizabeth per mariam deiparam & eius cãtico. Magnificat anima mea dominum Lucas solus.fo.4.fa.2

Rubrica.6.de Ioannis baptistæ natiuitate,& circũcisione restitutoq; Zachariæ sermone, qui spiritu sancto repletus canticum edidit. Benedictus dominus deus Israel &c.Luc.solus.fo.5.fa.3

Rubrica.7.de Ioseph super virgine grauida hesi-

tante per angelum in somnis certiorato & con
solato Math.solus fo.6.fa.1

Rubrica.8.de Augusti Cæsaris edicto ortuq; IESV CHRISTI saluatoris in Bethleem quē festum pastores angelo gaudium euangelizante in præsepio pannis inuolutū visitarunt. Deq; eius circūcisiōe & nominis impositiōe Luc.so.fo.6.fa.2

Rubri.9.de magorū (famulāte stella) ad puerū adorādū aduētu: quo Herodes rex turbatus est qui puero oblatis muneribus, responsoq; in somnis accepto, p aliā viā reuersi sūt &c. Math.sol.f.7

Rubri.10. de pueri IESV in tēplo à parētibus præsentatiōe secundum legē Moysi quē iustus Symeon inter vlnas suscepit benedicēs Canticūq; Nūc dimittis seruū tuū domīe secūdū verbū tuū in pace edidit, ipsūq; ī ruinā & resurrectionē multorū & in signū positū fore prædixit. Et de anna prophetissa Phanuel filia. Luc.solus fo.8.fa.1

Rubrica.11.de fuga IESV in AEgyptū occisioneq; inocētū atq; ei9 reditu mortuo Herode ammonito Ioseph ī sōnis ab āgelo Math.sol.fo.8.fa.2

Rubrica.12.de IESV duodecim annorum puero in medio doctorum disputante, cum eis à parentibus inuento. Lucas solus fo.9.fa.2.

SECVNDAE partis principalis, quæ est de progressu Iesu in mūdū per sāctissimā vocalē & salutarē eius doctrinā diuinorūq; operū manifestationē. Rub.129. Rubrica.13.de Ioanne baptista IESV christi præcursore pœnitētiam in deserto prædicāte & baptizante testimoniumq; de ipso

ſaluatore,tunc abſente perhibente. Math.Mar. Luc.fo.10.fa.1

Rubrica.14.de I E S V à Galilæa in Iordanem, vt à Ioanne baptizaretur veniente, atq; dei patris in voce ſuper eum, & ſpiritusſancti in columbe ſpecie exhibito teſtimonio. Math.Marc.Lucas, Ioan.fo.12.fa.1

Rubrica 15.de quadrageſimali I E S V C H R I S T I ieiunio,& ipſius in deſerto triplici tẽtatione,cui triumphanti angeli miniſtrarunt. Math. Marc.Luc.fo.13.fa.1

Rubri.16.Teſtimonium Ioãnis Baptiſtæ de IESV in Bethania trans Iordanem ſacerdotibus & leuitis à Hieroſolymis ad eum miſſis Ioan. ſolus, fo.14.fa.2

Rubric.17.de duobus diſcipulis Ioannis qui audito magiſtri teſtimonio de I E S V,ſecuti ſunt I E S V M.Quorum Andreas vnus qui fratrẽ ſuum Simonem ad eũ adduxit.Cui tũc CHRISTVS nomen Cephas impoſuit. In craſtinũq; vocauit C H R I S T V S Philippum,per quẽ Nathanael ad I E S V M venit,Ioan.ſolus fo.15.fa.1

Rubrica.18.de aquæ in vinum mutatione in Cana Galilææ,quod fuit initium ſignorũ I E S V Ioã. ſolus fo.16.fa.1

Rubri.19.de aduentu I E S V ad Paſcha in Hieruſalem.Et vendentium & ementium facto flagello à templo eiectione petentibus Iudæis auctoritatis ſignũ,reſpondit. Soluite tẽplum hoc,& in tribus diebus excitabo illud,Ioã.ſol. fo.16.fa.2

Rubrica.20.de Nicodemo Pharisæo Iudæorũ principe, qui nocte veniens ad I E S V M multipliciter de spirituali regeneratione ab eo instructus est, Ioan. solus, fo.17.fa.1

Rubri.21.de discipulorũ Ioannis contra I E S V M querela. Quibus respondens Ioannes testimonium de I E S V dat superioritatis, dicens. Illum oportet crescere, me autem minui, Ioan. solus, folio.18.fa.1

Rubri.22.de Ioãnis Baptiste incarceratione ab Herode, quem propter Herodiadẽ fratris vxorẽ reprehendebat, Math. Marc. Luc. fo.19.fa.1

Rubri.23.I E S V S audita Ioannis incarceratione secessit in Galilæam relicta Iudæa, Math. Marc. Luc. Ioan. fo.19.fa.2

Rub.24.de collocutione I E S V cum Samaritana muliere, Ioannes solus, fo.22.fa.1

Rubri.25.de filio reguli in Capharnaum à I E S V sanato cum esset in Cana Galilææ, Ioannes solus, fo.21.fa.2

Rubri.26.de I E S V in synagoga Nazareth docẽte, cui traditus est liber quo reuoluto illud Esa.6. Inuenit spũs domini super me &c. quod completum esse affirmãti omnes testimoniũ dabãt. Nonnullis dicẽtibus, Nõne hic est filius Ioseph. Et cum eorũ indignitatem duplici exemplo manifestasset ira repleti illum extra ciuitatem, vsq; ad supercilium montis, vt præcepitarunt eiecerunt, Lucas solus, fo.22.fa.1

Rub.27.I E S V S relicta Nazareth, venit Caphar

naum ciuitatem maritimá,ibiq; prædicauit pœni
tentiá agite &c.Math.Mar.Luc.fo.22.fa.2
Rub.28.de apoſtolorũ piſcatorũ vocatione à I E=
S V,qui Simonis nauiculam aſcẽdens(vt Lucas
meminit)hisq; retia laxare præcipiẽs copioſam
piſcium multitudinem concluſerunt,& hominũ
poſtea facti piſcatores relictis omnibus, ſecuti
ſunt eum.Math.Marc.Luc.fo.23.fa.1
Rubrica.29.de I E S V in ſynagogis Galilææ euan
gelium prædicante,omneſq; languores ſanante
quiq; creſcente eius fama ſpiritum immundum
expulit.Math.Mar.Luc.fo.24.fa.1
Rub.30.de Simonis ſocru febricitante ſanata,mul
tiſq; aliis manuum impoſitione a variis languo=
ribus curatis,déq; exeuntibus dæmoniis quæ cla
mantiá,Quia tu es filius dei,nó ſinebat I E S V S
ea loqui.Math.Mar.Luc.fo.25.fa.1
Rub.31.de Mathæi publicani in Theloneo ſedẽtis
ad apoſtolatũ vocatiõe.Mat.Mar.Luc.fo.26.f.1
Rub.32.de Ioannis Baptiſtæ diſcipulorum murmu
re,& Phariſæorum contra I E S V M ſuper di=
ſcipulis ſuis non ieiunantibus.Math.Marc.Luc.
fo.27.fa.1
Rubrica.33. de duodecim apoſtolorum electione,
& eorum nominibus.Mathæus,Marcus,Lucas,
fo.28.fa.1
Rubri.34.de ſermone domini in monte, quæ pro=
pter doctrinarũ multitudinem plures continet
rubricellas.Math.Luc.fo.29.fa.1
Rubricella.1. de beatitudinibus. Mathæus, Lucas,

fo.z8.fa.1
Rubricel.z.de apostolorū commendatione ex officii conditione. Math.solus,ibidem.
Rubricella.3.de legis adimpletione per CHRISTVM qui aliis adimplendi exemplum præbuit. Math.Luc.fo.30.fa.1
Rubricel.4.de multiplici conciliorū super legē veterem additione,aut verius de aliquorū moraliū præceptorum declaratione de illo Exod.ca.zo. Non occides. Math.Luc.ibidem.
Rubricella.5.de illo.Exod.ca.zo.Non mœchaberis. Math.solus,fo.30.fa.z
Rubricella.6.de illo.Leuiti.ca.19.Non periurabis. Math.solus.fo.31.fa.1
Rubricel.7.de illo.Exod.cap.z1. Oculum pro oculo. Math.Luc.fo.eodem,fa.z
Rubricel.8.de illo.Leuiti.19. Diliges proximū tuū &c.Math.Luc.ibidem.
Rubricella.9.de multiplici hypocrisis detestatione in eleemosinarum largitione.Mathæus solus,folio.3z.fa.z
Rubricel.10.de hypocrisis detestatiōe in orationibus.Math.Luc.fo.3z.fa.z
Rubricella.11.Quòd instanter sit orandum. Mat. Luc.fo.33.fa.z
Rubricella.1z.de hypocrisi in ieiunio detestanda. Math.solus.fo.34.fa.1
Rubricella.13.de affectione in temporalium thesauris non collocanda,& intentione debite regulanda.Math.Luc.ibidem.

Rubricella.14.de nimia sollicitudine tollenda & eiicienda,& spe in dei prouidētia ponēda, Math. Lucas,fo.35.fa.1
Rubricel.15.qualiter miserandum nec improbe iudicandū,& de prius eiicienda trabe ab oculo suo vt de fratris oculo festucā eiiciatur,neq; dandum est canibus sanctū,neq; porcis margarite,Math. Lucas,fo.36.fa.1
Rubricel.16.de vniuersali legis præcepto & salutis porte angustia,Math.Lucas fo.37.fa.1
Rubricel.17.de falsorum prophetarum per fructus suos noticia,Math.Lucas ibidem
Rubricel.18.Quòd deus,non ore tantum, sed operum efficacia sit colendus,Math.Luc.fo.37.fa.z
Rubrica.35,de leproso sanato,cui vt nemini diceret iussit,sed vt sacerdotū principi se ostenderet Math.Mar.Luc.fo.38.fa.z
Rubri.36.de Centurionis seruo paralytico sanato, Math.Luc.fo.39.fa.z
Rub.37.de vnico filio viduæ in Naym ciuitate suscitato,Lucas solus,fo.40.fa.z
Rub.38.de duobus sequi CHRISTVM volentibus quorū vni CHRISTVS dixit. Vulpes foueas habēt &c. Alteri sequere me,& sine mortuos sepelire mortuos,Math.Luc.fo.41.fa.1
Rub.39.de procellarū maris quietatione imperante IESV ventis & mari,Math.Marc.Luc.folio 41.fa.z
Rub.40.de duobus dæmoniacis in monumētis latentibus à IESV in Gerasenorum regione eu

ratis dæmonibus in porcorum gregem intrantibus. Math. Mar. Luc. fo. 42. fa. 2
Rubrica. 41. de paralytico in lecto IESV oblato, cui dicit. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. De quo murmurantibus Scribis sanauit eũ, iussit surgere, & ferre grabatum in domũ suam, Math. Marc. Luc. fo. 44. fa. 1
Rub. 42. de filiæ Iairi Archisynagogi suscitatione, emorroisséq; mulieris (ea vestimẽti IESV tãgẽti fimbriã) sanatiõe, Math. Mar. Luc. fo. 45. fa. 2
Rubri. 43. de duobus cæcis dicente IESV, Secundum fidem vestram, fiat vobis, statim illuminatis, Mathæus solus, fo. 47. fa. 2
Rub. 44. de præcepto dato apostolis messis dominũ rogare, vt in messem operarios mittat, Math. Luc. ibidem
Rubrica. 45. de duodecim apostolorũ ad prædicãdum missione, & eorum informatione, & sibi data auctoritate, deq; eos recipientium mercede, Math. Marc. Luc. fo. 48. fa. 1
Rubri. 46. de Ioannis in carcere ad IESVM per discipulos interrogatione. Tu es qui vẽturus es, an alium expectamus? déq; IESV per miracula responsione, & ab eo Ioannis commendatione, Math. Luc. fo. 50. fa. 2
Rubri. 47. de Magdalene peccatricis lachrymis & pœnitẽtia, discumbente IESV in domo Simonis Pharisæi quẽ intra se murmurantem duorum debitorũ exemplo corripuit. Et mulieri dixit. Remittuntur tibi peccata tua, Luc. solus, fo. 52. fa. 1

Rubrica.48.de Ioannis occiſione Herodiadis filia caput illius ſibi in diſco dari petẽte. Math. Mar. fo.52.fa.2
Rub.49.de probatica piſonia,& de paralytico triginta octo annorũ ibi ſabbato à I E S V ſanato qui & murmurantes ſuper hoc Iudæos conuicit, dicẽs eis. Pater meus vſq; modo operatur,& ego operor &c. Ioannes ſolus. fo.53.fa.2
Rubrica.50.de apoſtolorum ad I E S V M reditu quæcunq; egerant & docuerant nunciãtium. Et de quinq; panum,& duorum piſcium in deſertõ multiplicatione &c. Mat. Mar. Luc. Ioã. fo.55.
Rubri.51.de creſcente I E S V fama, qua Herodes Ioãnem à mortuis ſurrexiſſe aſſerebat volens videre eum. Math. Mar. Luc. fo.55.fa.1
Rub.52.de I E S V ſupra mare ambulante,& ſubmergẽtis Petri liberatione, cui dixit. Modice fidei, quare dubitaſti. Math. Mar. Ioan. fo.57.fa.2
Rub.53.de C H R I S T O inuitante ad ſpũalẽ cibum quærendũ, quiq; vinũ de cœlo panẽ ſe dixit deſcẽdiſſe, atq; panẽ vitæ eſſe, panẽq; in euchariſtiæ ſacramẽto daturũ, qui vere caro ſua eſt, quod nõnulla diſcipulorũ audiẽtes murmurauerũt, dicẽtes. Durus eſt hic ſermo,& quis põt eũ audire, retroq; abierũt, remanentibus.12.apoſtolis, quibus ait. Ex vobis vnus diabolus ẽ. Ioan. ſo. fo.58.fa.2
Rubrica.54. de ſeptuaginta duorum diſcipulorum electione, quos erudiẽs, binos & binos miſit. Lucas ſolus. fo.60.fa.2
Rubrica.55.de exprobratione & maledictione ciuĩ

tatum,in quibus I E S V S prædicando virtutes operatus est.Math.Luc.fo.61.fa.1
Rub.56.de dæmoniaco,cæco,surdo,& muto,quem curauit I E S V S,vnde miratibus turbis pharisæi miraculū calūniātes dixerūt.In Beelzebub princi pe dæmoniorū eiicit dæmonia &c.Mat.Lu.f.61.
Rub.57.de docta IESV respōsione insidiāti,cuidā dicēti,Ecce mater tua& fratris tui foris stāt quæ rētes te,qua qui vere mater & fratres sint,manife stauit.Math.Mar.Luc.fo.63.fa.z
Rub.58.de Iudæorum signū de cœlo petentiū con futatione.Math.Mar.Luc.fo.64.fa.1
Rub.59.de gratiarū ad deū patrē actiōe siue diuine laudis I E S V confessione . Quia fidei mysteria mundi sapientibus occulta, paruulis & simplicibus manifestantur.Math.Luc.fo.64.fa.z
Rubri.60.de reuertentibus cum gaudio discipulis, Iesúq; dicentibus.Domine,dæmonia subiiciuntur nobis,quos benigne corripiēs,dixit eis. Gaudete potius, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.Luc.solus,fo.eodem.fa.z
Rub.61.de legisperito Iesum tētāte qui se iustificās quis esset suus pximius ab eo quæsiuit qui per simi litudinē respōdens de vulnerato à latronibus in Hierico,cui samaritanus mīam fecit,sacerdote& leuita eo intacto pertrāseūtibus.Luc.solus.fo.65
Rubrica.6z.de ministrante Martha ociosam Mariam sororem accusante,quā excusans I E S V S dixit.Maria optimam partem elegit. Lucas solus.fo.65.fa.z

Rubrica.63.de eſurie͂tibus diſcipulis per ſata tranſeuntibus ſpicas ſabbato co͂fricantibus & manducantibus quos Phariſæi tanquàm ſabbati violatores accuſabant illos vero IESVS dauid exe͂plo excuſauit qui panes propoſitionis in domo dei manducauit Math.Marc.Luc.fo.66.fa.1

Rubrica.64.de Reſponſione IESV,ad calumnioſam Iudæorum queſtionem Si licet ſabbatis curare cui ſatiſfecit exemplo & miraculo arida manu hominis ſanitati ſabbato reſtituta. Math. Marc.Luc.fo.67.fa,1

Rubrica.65.de quatuor parabolis à IESV populo in mari prædicatis interrogãtibus diſcipulis Quare ĩ parabolis loqueretur &c. Math.Marc.Luc. fo.68.fa.z

Rubrica.66.de tribus parabolis à IESV diſcipulis in domo propoſitis expoſita prius zizaniorum parabola Math.ſolus.fo.10z

Rubrica.67.de turbarum ſuper IESV doctrina admiratione dicentibus illis nonne hic eſt fabri filius &c.Quibus reſpondens dixit. Non eſt propheta ſine honore niſi ĩ patria ſua.Math.Marc. Lec.fa.7z.fa.1

Rubrica.68.de diſcipulorum à ſcribis & Phariſæis repræhenſione qui no͂ lotis manibus panem comedebant Quibus eorum traditiones corripie͂s IESVS dixit.Quare & vos tranſgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram? Math. Marc.Luc.fo.73.fa.1

Rubrica.69.de chananæa muliere quæ clamãdo ad

IESVM filiæ obtinuit sanationem Cuiq; con-
tinuâti dixit,fiat tibi sicut vis. Mathæus.Marc.
fo.eodem.fa.2
Rub.70.de surdo & muto IESV oblato cui dixit
effeta quod est adaperire multisq; aliis à variis
languoribus secus mare Galilææ sanatis Math.
Marc.fo.75.fa.1
Rub.71.de hominum refectione in deserto multi-
plicationeq; septem panum & paucorum pisci-
culorum Math.Marc.fo.76.fa.2
Rubrica.72.de Iudæis iterum signum de cœlo pe-
tentibus à IESV quibus eos increpans dixit Ge
neratio adultera signum quærit & non dabitur
ei nisi signũ Ionæ &c.Et de cauendo Pharisæo
rum fermento Math.Marc.Luc.fo.77.fa.2
Rubrica. 73.de cæco in bethsaida illuminato qui
dicebat videre homines velut arbores ambulan
tes Marc.solus fo.78.fa.2
Rub.74.de christi quæstione apostolis.Quem me
dicunt homines qui Petro respondenti Tu es
CHRISTVS filius dei viui dixit Beatus es Si-
mon bariona &c,Sed exinde vt discipulis se mo
riturum hierosolymis nũciauit dolentem super
hoc Petrum & dicentem absit à te domine.Nõ
erit hoc tibi Increpans ait vade post me Sata-
na &c. Math.Marc.Luc.ibidem.
Rubri.75.de baiulanda post IESVM cruce & con
temnendis pro anime salute omnibus tempora-
libus Math.Marc.Luc.fo.79.fa.2
Rubrica. 76. de IESV assumptis petro Iacobo &

Ioanne in excelso monte transfiguratione præsentibusq; Moyse & Elia. Mathæus. Marcus. Lucas.fo.80.fa.2

Rub.77.de lunatico qui se in ignem & aquam sæpe præcipitabat (quem discipuli curare non potuerunt) à IESV sanato, quibus interrogantibus quare illum eiicere non potuimus, dixit propter incredulitatem vestram &c. Mathæus. Marcus. Lucas.fo.82.fa.1.

Rubrica.78. de discipulorum tristicia dicente eis IESV in Galilæa. Quia filius hominis tradendus est in manus hominum qui occident eũ &c. Math. Marc. Luc.fo.83.fa.2

Rubrica.79. de IESV in Galilæa ambulante qui in Iudeam ambulare non volebat quia eum Iudæi interficere quærebant ad quẽ increduli eius cognati (proximo tabernaculorũ festo) vane laudis cupidi dixerunt Transi hinc & vade in Iudeã &c. Quibus non acquiescẽs ait & vos ascẽdite ad diem festũ hunc ego enim non ascendã supple vobiscũ. Mediante vero die festo ascẽdit IESVS In templũ & docebat vnde mirabãtur Iudæi dicẽtes. Quomodo scit literas cũ non didicerit? multũq; de illo murmur erat ĩ turba multis in eũ credentibus. Missiq, à Pharisæis vt caperent ministri testimoniũ pro illo dederunt dicentes. Nunquàm sic locutus est homo &c. Similiter & Nicodemus Ioannes solus.fo.84.fa.1

Rubrica 80. de muliere in adulterio depræhensa IESV docenti in templo oblata à Pharisæis &

scribis qui (IESV digito in terra scribentæ & dicentæ Qui sine peccato est vestrũ &c.) confusi exierunt &c. Ioannes solus fo.86.fa.1

Rub.81.de verbis IESV in gazophylatio docẽtis ĩ tẽplo & dicẽtis se lumẽ mũdi &c. Ioã fo.fo.eõd.

Rubri.82.de sermone IESV dicẽtis obstinatis Iudæis in peccatis vestris moriemini, illis vero qui credebãt in eũ qd permanentes in sermone suo discipuli sui erũt & cognoscẽt veritatẽ & veritas illos liberabit illos aũt qui se patrẽ Abrahã habere gloriabãtur Cũ opera Abrahæ nõ facerent ex patre diabolo esse &c. Multaq; de diuinitate affirmãtẽ & dicentẽ se filiũ dei lapidare voluerũt Ioannes solus fo.83.fa.2

Rubrica.83.de cæco nato à IESV sabbato illuminato quòd miraculũ Pharisæi calumniantes nec cæco nec eius parẽtibus quod cecus natus esset affirmãtibus credere voluerunt Qua de re dixit IESVS ĩ iudiciũ ego in hũc mũdũ veni vt qui nõ vidẽt videãt & qui vidẽt ceci fiãt &c. Io. fo.fo.88

Rub.84.de sermone IESV quo se bonũ pastorẽ affirmat discretionẽ pastoris à mercẽnario ostẽdens qui dicit potestatẽ habere animã suã ponẽdi & iterũ assumendi Ioannes solus fo.90.fa.1

Rub.85.de didrachmatis in capharnaũ solutione iubente IESV Petro &c. Math.fo.fo.eõdẽ.fa.2

Rubrica.86.de discipulorũ contentione in capharnaum quis eorum maior esset quos paruuli exẽplo ad humilitatemq; inducit prohibens scandalum &c. Math. Marc. Luc. fo.91.fa.1

Rubrica.87.de fraternæ correctionis ordine & in corrigibili vitando &c. Quodq; vsq; septuagies septies proximo sit indulgēdum Mathæus Luc. fo.92.fa.2

Rubrica.88. de nequam seruo cui dominus omne debitum dimisit & tamen conserui sui minime misertus est Math.solus.fo.93.fa.1

Rubrica.89. de illo qui in nomine IESV de monia eiiciens IESVM (Referente Ioanne) non sequebatur. Marc.Luc.fo.eodem.fa.2

Rubrica.90.de quodam à IESV petente vt frater secum hereditatē diuidat cui Respondit IESVS Qui me constituit iudicem &c.Luc.so.fo.94.

Rubrica.91. de stulto diuite inaniter horrea ampliare cogitanti cui statim repentina mors nunciata est Lucas solus ibidem

Rubrica.92.de Galilæorum occisione quorum sanguinem Pilatus cum sacrificiis miscuit & de infructuosa ficu sub quorū tipo monet IESVS ad pœnitētiæ accelerationem Luc.solus ibidē.

Rubrica.93.de muliere decem & octo annis curuata à IESV sabbato sanata vnde indignanti archisynagogo respondens IESVS Hypocrite (ait) vnusquisq; vestrum sabbato soluit bouem suū aut asinū à præsepio & ducit adaquare &c. Lucas solus fo.eodem fa.2

Rubrica. 94.de Pharisæorum interrogatione An liceat vxorem dimittere &c.Et IESV CHRISTI Responsione quod non nisi propter fornicationem &c.Et quod multiplices sunt Eunu

chi &c.Mathæus.Marcus.Lucas.fo.95.fa.1.
Rubrica.95.de paruulis IESV oblatis qui (prohibentibus discipulis) dixit Sinite paruulos venire ad me. Talium est regnum cœlorum Mathæus. Marcus.Lucas.fo.96.fa.1
Rubrica.96. de Pharisæorum & scribarum contra IESVM murmure quia cū peccatoribus. Manducabat. Quibus propositis tribus parabolis respondit scilicet de homine habente centum oues. De muliere quæ drachmam perdidit. Et de filio prodigo Lucas solus fo.eodem.fa.z
Rubrica. 97.de quodam à IESV quærente quid faciēdo vitā æternā possidebit cui IESVS. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Et si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes. Qui & recessit tristis quia diues erat &c.Math. Marc. Lucas fo. 98.fa.1
Rubrica.98.de liberali IESV responsione ad Petri interrogationem. Ecce reliquimus omnia & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis Mathæus Marcus.Lucas.fo.99.fa.z
Rubrica.99.de maliciosa Pharisæorum cautela qui IESVM terrere credentes & à suis fugare finibus dixerunt illi exi, & vade hinc quia Herodes te vult occidere Lucas solus fo.100.fa.1
Rubri.100.de Hydropico sanato in domo principis Pharisæorum sabbato quærente IESV Pharisæis. Si licet sabbato curare? Quibus tacentibus dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteum cadet & non cōtinuo extrahet illū die sabbati

Exhortanturq; ad humilitatē Luc.solus.ibidem.
Rub.101.de vocādis ad prandiū pauperibus qui nō possunt retribuere Luc.solus.fo.eodē.fa.z
Rub.102.de missis in vineam operariis conuentione facta ex denario diurno.Math.solus fo.101.
Rubrica.103.de cœna magna ad quā inuitati venire excusauerunt &c.Math.Luc.fo.eodē.fa.z
Rubri.104.de duabus parabolis scilicet de volēte ædificare turrim.Et rege aduersus alium Regem bellū commissuro Luc.solus fo.102.fa.z
Rubrica.105.de villico iniquitatis apud dominum diffamato &c.Lucas solus ibidem.
Rubrica.106.de diuite epulone & lazaro paupere & vtriusq; vita,& morte & post mortem differenti conditione Luc.solus fo.103.fa.z
Rubrica.107.de discipulorū postulatiōe vt augeaē eorū fides quibus IESVS fidei vtilitatē cū serui exemplo proponit &c.Lucas solus fo.104.
Rub.108.de decē leprosis quos IESVS ad sacerdotes sanatos misit. Et vnus gratias agēs deo regress⁹ est nouē īgratis remanētibus Luc.so.ibi.
Rubrica.109.de samaritanis nolentibus IESVM recipere & discipulorū reprehēsione qui ignem de cælo volebant præcari & cōsūmare eos &c.
Lucas solus fo.eodem fa.z
Rub.110.de eucenioruin festo quando Iudæi IESVM ambulantem in porticu Salomonis circundederūt quibus cum dixisset opera quæ ego facio testimonium perhibent de me lapides sustulerunt in eū Ioannes solus fo.105.fa.i

Præambula dominice passionis hic enim & deinceps ipsius accelerande capta est occasio.

Rubrica.111.de Lazari Mariæ & Marthæ fratris in firmitate morte & suscitatione Ioannes solus fo.eodem fa.z

Rub.112.de Iudæorũ cõtra IESVM cõcilio in quo Caiphas prophetauit dicens expedit vobis vt vnus moriatur pro populo. Et ab illo die cogitauerunt eũ interficere qui abiit in regionem iuxta desertum &c. Ioannes solus fo.107.fa.1

Rubrica.113. de ascendente IESV Hierusalẽ cum discipulis quibus secreto futuram passionem & Resurrectionem prædixit Mathæus. Marcus. Lucas fo.108.fa.1

Rubri.114.de filiorum Zebedæi per matrem petitione vt vnus sedeat ad dextram & alius ad sinistram Quibus IESVS potestis (ait) bibere calicem Math.Marc.fo.eodem fa.z

Rub.115.de cœcorũ in hierico egressu illuminatiõe clamantibus illis domine miserere nostri fili dauid Math.Marc.Luc.fo.109.fa.1

Rubrica.116.de Zachæo IESVM videre cupienti. Cui IESVS dixit. Zachææ festinans descende &c.Lucas solus fo.110.fa.1

Rubrica.117.de IESV in Bethaniam aduentu vbi facta est sibi cœna & super eius caput effuso vnguento indignati apostoli murmurauerunt Mathæus. Marcus. Ioannes fo.eodem fa.z

Rubri.118.de sacerdotum principum peruersitate, qui & Lazarum interficere meditati sunt. Ioan. solus.fo.111.fa.1
Rub.119.de sedentis I E S V super asinam aut pullum in Hierusalem aduentu,honoréq; sibi impenso clamantibus turbis.Benedictus qui venit &c. Math.Marcus,Lucas,Ioan.fo.eodem.fa.2
Rubri.120.de ipsius I E S V amaro super Hierusalem fletu.Luc.solus.fo.113.fa.1
Rubrica.121.de secunda vendentium & ementiũ de templo eiectione,dicente illis I E S V.Scriptum est,domus mea,domus orationis vocabitur,vos autem fecistis illam speluncam latronũ Math.Marc.Luc.ibidem.
Rub.122.de gentilibus I E S V M videre volentibus,& de eius prædicatione qua se grano frumẽti comparauit, petiuitq; à patre clarificari &c. Ioan.solus.fo.114.fa.1
Rub.123. de fici arbore, in qua non inuento à I E S V esuriente fructu,eámq; coram discipulis maledicente,arefacta est.Math,Mar.fo.115.fa.1
Rub.124.de duabus quæstionibus alia I E S V à sacerdotum principibus in templo facta, alia vero à I E S V ipsis sacerdotũ principibus. Mat.Mar. Luc.fo.eodem.fa.2
Rub.125.de cuiusdam hominis duobus filiis,quibus iubẽte patre,vt irent in vineam,quorum qui ire promiserat,non iuit,& ille qui non promisit,iuit &c.Math.solus.fo.116.fa.2
Rub.126.de iudice iniquo, qui neq; deum timebat,

neq; hominem reuerebatur viduam, tamen eum obsecrantem exaudiuit, necnon de Pharisæo & Publicano orantibus &c. Luc. solus. fo. 117. fa. 1
Rub. 127. de parabola locatæ vineæ agricolis, qui patrisfamilias seruos, imo filium hæredem occiderunt &c. Math. Marc. Luc. fo. eodem. fo. 2
Rub. 128. de calumniosa Pharisæorum cum Herodianis ad Iesum quæstione. Si licet tributum dari Cæsari, an non? Math. Mar. Luc. fo. 119. fa. 1
Rub. 129. de Sadducæorum ad IESVM quæstione, de muliere septemvira. Cuius erit in resurrectione de septem vxor. Math. Mar. Luc. fo. 120
Rubri. 130. de Pharisæi dolosa ad IESVM quæstione. Quod est magnum mandatum in lege. Math. Marc. fo. 121. fa. 1
Rub. 131. de Pharisæorum interrogatione. Quādo venit regnum dei. Luc. solus. fo. eodem. fa. 2
Rub. 132. de IESV ad Pharisæos interrogatione CHRISTVS, Cuius filius est. Math. Marc. Luc. fo. 122. fa. 1
Rub. 133. de imitanda Pharisæorum doctrina, quorum tamen facta non sunt facienda. Math. Mar. Luc. fo. eodem. fa. 2
Rub. 134. de væ multiplici contra Scribas & Pharisæos. Math. Luc. fo. 123. fa. 1
Rub. 135. de multis offerentibus in Gazophylacio, inter quos vidua pauper, quæ duo munita obtulit plus omnibus à IESV obtulisse laudata est. Marc. Luc. fo. 125. fa. 1
Rub. 136. de IESV euersionem Hierusalem præ

dicente,discipulis ædificatiões templi sibi ostẽdentibus Quiq; finalis iudicii signa designauit Math. Marc. Luc. fo. eodem fa. z

Rubrica. 137. de diligenti vigilantia fidelis serui exemplo. Math. Marc. Luc. fo. 129. fa. z

Rubrica. 138. de parabola decem virginum, quarũ quinq; fatuæ erant, & quinq; prudentes, Math. solus fo. 131. fa. 1.

Rubrica. 139. de patre familiâs siue nobili homine qui vocatis seruis, dedit eis decem talenta, siue decem mnas, vnicuiq; secundum propriam virtutem Math. Luc. fo. eodem fa. z

Rubrica. 140. de generali iudicio, & malorum à bonis separatione, & finali vtrorumq; sententia. Mathæus solus. fo. 132. fa. z

Rubrica. 141. quomodo I E S V S sine ocio tempus occupabat, & de Iudæorum obstinatione. Luc. Ioannes, fo. 133. fa. z

Tertiæ partis principalis & vltimæ, (de I E S V de mũdo egressu, per dolorosam eius passionem, & ad deum patrem (qui eum miserat) regressu, per victoriosam resurrectionem, & triumphalem ascensionem.) Rubricæ. 35.

Rubrica. 142. de Iudæorum contra I E S V M iniquo concilio appropinquante azimorum festo, vbi Iudas magistrum suũ, triginta argenteis vendidit. Mathæus, Marcus, Lucas, fo. 134. fa. 1

Rubrica.143.de prima die azimorum,quando I E-
S V S Petrum & Ioannem,ad parandum Pascha
misit,quod vespere facto cum discipulis mandu
cauit,Math.Marc.Luc.Ioan.fo.eodem.fa.2
Rubrica.144. de immensa I E S V humilitate in
suorum discipulorum pedum lotione.Ioanes so
lus.fo.135.fa.2
Rubrica.145.Quomodo discumbentibus aposto-
lis,dixit I E S V S.Vnus vestrum,me traditurus
est.Mathæus, Marcus, Lucas,Ioanes. folio.136.
facie 1
Rubrica.146 . de sacrosancti Eucharistiæ sacra-
menti institutione . Mathæus, Marcus , Lucas,
fo.137.fa.1
Rubri. 147. de proditoris Iudæ apostasia obstina-
tione & ingratitudine cui I E S V S ait.Quod fa
cis,fac citius.Ioan.solus. fo.138.fa.1
Rubri.148.de sermone I E S V discipulis post cœ-
nam.Ioannes solus. cap.14.15.16.17.per totum.
Et propter doctrinarum multitudinē,plures con
tinet rubricellas.ibidem.
Rubrica.149.exiens I E S V S in Oliuarum mon-
tem cum discipulis,dixit eis.Omnes vos scanda-
lum patiemini in me &c. Petrum quoq; eum ter
negaturum. Atq; illos de contentione (vt memi
nit Lucas.) Quis eorum maior esset corripuit.
Math.Mar.Luc.Ioan.fo.142.fa.2
Rubrica.150. de ingressu I E S V in orto cum di-
scipulis,eiúsque triplici oratione. Math.Marc.
Luc.fo.144.fa.1

Rubrica.151.de inhumana I E S V captione dato à proditore Iuda,ſigno déq; Petri reprehẽſione, qui gladium exemit,& de apoſtolorũ fuga.Mat. Marc.Luc.Ioan.fo.145.fa.1
Rubrica.152.de I E S V, cui ad Annam primum ducto.Cum ad pontificis de doctrina & diſcipu= lis ſuis quæſtionẽ reſponderet, miniſtrorũ vnus alapam dedit.Ioan.ſolus.fo.114.fa.1
Rubrica.153. de I E S V ad Caipham miſſione, e= ius per falſos teſtes accuſatione,& multiplici il= luſione,atque Petri negatione.Math.Mar.Luc. Ioan.ibidem.
Rubrica.154.de matutino contra I E S V M con= ſilio,& quomodo vinctum eum Pilato, tradide= runt.Math.Marc.Luc.Ioan.fo.149.fa.2
Rubrica.155. de inutili Iudæ pœnitentia, & agri in peregrinorum ſepulturam emptione. Math. ſolus.fo.150.fa.1
Rubrica.156.de falſa I E S V coram Pilato,à Iu= dæis accuſatione.Qui cum ſciret per inuidiam à pontificibus fuiſſe traditum,voluit eum multipli citer liberari,ſæpius iterando nullam in eo mor= tis cauſam inuenio.Mathæus,Marcus,Lucas,Io= annes.fo.150.fa.2
Rubrica.157.de I E S V ad Herodem miſſione,& coram illo accuſatione & illuſione,& ad Pilatũ reductione.Lucas ſolus.fo.152.fa.2
Rubrica.158.de I E S V impia flagellatione,ſpinis coronatione,illuſione,& inuqua condemnatio= ne.Math.Mar.Luc.Ioan.fo.153.fa.1

Rubrica.159.de I E S V ad crucem ductione, & ipsius crudelissima inter duos latrones crucifixione, tituli super eum inscriptione, atque vestimentorum sorte per milites partitione. Math. Mar. Luc. Ioan. fo.154. fa.1

Rubrica.160. de multiplici patientissimi I E S V in cruce illusione. Math. Mar. Luc. fo.156. fa.1

Rubrica.161. de nouissimis I E S V verbis, patriq;, sui spiritus commendatione, quem clamans emisit. Atque de signis post eius mortem, & de vero Centurionis testimonio, dicētis. Vere filius dei erat iste. Mathæus, Marc. Luc. Ioan. fo. eodem. facie.2

Rubrica.162. de fractis latronum cruribus, & mortui I E S V lateris lancea apertione, à quo exiuit sanguis & aqua. Ioan. solus. fo.158. fa.1

Rubrica.163. de Ioseph ab Arimathæa & Nicodemo, qui corpus I E S V à Pilato sibi datum, munda sindone in monumēto nouo sepelierunt grādi apposito ad ostium lapide. Math. Marc. Lucas Ioan. fo. eodem. fa.2

Rubrica.164. de custodibus monumento per sacerdotum principes signato lapide, consentiēte Pilato oppositis. Math. solus. fo.159. fa.2

Rubri.165. de gloriosa I E S V resurrectione perterritis custodibus, & de mulieribus ad sepulchrū venientibus, quibus apparens angelus, I E S VM surrexisse nunciauit, dicens. Euntes dicite discipulis eius, quia surrexit &c. Mathæus, Marcus, Lucas Ioan. fo.159. fa.2

f

Rubric.166.de resurgente I E S V, sed deuotis mulieribus manifestante, easque salutante, qui & dixit eis. Nolite timere, nunciate fratribus meis &c. Math. Marc. Luc. fo.160. fa.2

Rubrica.167. de Petro & Ioanne ad monumentũ currentibus. Nunciante eis Maria Magdalene. Quia tulerunt dominum de monumento. Luc. Ioan. fo.161 fa.1

Rubri.168. de apparitiõe I E S V in hortolani habitu Mariæ Magdalene ploranti, quæ iubente I E S V, dixit discipulis, vidi dominum &c. Mar. Ioan. fo. eodem. fa.2

Rubrica.169. de vero custodum sepulchri resurrectionis I E S V testimonio. Qui postea sacerdotum principibus copiosa, accepta pecunia à veritate recesserunt. Math. solus, fo.162. fa.1

Rubrica.170. de I E S V ipsa resurrectionis, die apparitiõe. Eũtibus duobus discipulis in Emmaus, quem cognouerunt in fractione panis, quod reuertentes in Hierusalem, nũciauerunt vndecim, quos inuenerunt cõgregatos. Mar. Luc. ibidem.

Rubrica.171. de I E S V sero resurrectionis die ad discipulos clausis ianuis intrante, & eis dicente. Pax vobis, quibusque (absente tamen Thoma) palpandos pedes, & manus ostendit cũ illis quosque manducauit, sensumq; aperuit, vt scripturas intelligerent. Luc. Ioan. fo.163. fa.1

Rubrica.172. de I E S V octauo resurrectionis die discipulis, præsente Thoma, cui dixit, ostensis sibi vulnerum cicatricibus. Quia vidisti me Tho


ma,credidisti &c. Ioannes solus,fo.164.fa.1
Rubrica.173.de IESV piscantibus apostolis ad mare Tiberiadis apparitione. Qui iubente IESV mittentes rete in dexteram nauigii,multitudinem piscium prendiderunt &c. Ioan.solus. fo.eodem.fa.2
Rub.174.de trina IESV ad Petrum,si eum diligeret interrogatione, cui diligenti, dixit. Pasce oues meas.Ioan.solus.fo.165.fa.1
Rubrica.175.de IESV gloriosa in cœlum ad deum patrem ascensione videntibus apostolis, quorum(vt Marcus refert)incredulitatē exprobrans, dixit eis. Euntes in mundum prædicate euangelium &c.Mathæus,Marcus,Lucas, folio eodem.fa.2
Rubrica.176.& vltima,de signorum & factorum IESV incomprehensibilitate.Ioannes solus. fo.166.fa.2.

Explicit tabula partium operis, &.176. rubricarum,in ipsis tribus partibus contentarum.

PRIME PARTIS PRINcipalis de christi Iesu origine & ingressu in mūdum per suam admirabilem de spiritu sancto conceptionem & gloriosam eius de virgine natiuitatem Rubrice.12

Rubrica prima de diuini verbi, quod caro factum est & habitauit in nobis, æterna generatione

Ioannes solus cap.1.A.B.



N PRINCIPIO erat verbum, & verbū erat apud deū, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso, vita erat,& vita erat lux hominum:et lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehenderunt,fuit homo missus a deo,cui nomen erat Ioannes:hic venit in testimonium,vt testimonium perhiberet de lumine,vt omnes crederent per illum, non erat ille lux:sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum.In mundo erat,et mūdus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit.In propria venit:et sui eum non receperunt.quotquot autem recepe-

runt eum,dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credũt in nomine eius,qui nõ ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,sed ex deo nati sunt.Etverbum caro factum est: et habitauit in nobis.Et vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à patre)plenum gratiæ & veritatis.

Rubrica.ii.de Ioannis baptistæ diuini verbi precursoris Zachariæ sacerdoti in templo sibi nasciturí per Gabrielem annunciatione cuius nomen ipse predixit & sanctitatem,patríque dubitanti taciturnitatem nunciauit & de ipsius miraculosa ex senibus parentibus sterilique matre Elizabeth conceptione.

Lucas solus

Procemium beati Lucæ in suum Euangelium.



VONIAM QVIDEM multi conati sunt ordinare narrationẽ quæ in nobis cõpletæ sunt rerum, sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis:visum est & michi assequuto omnia a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile,vt cognoscas eorum verborum de quibus conditus es,veritatem.

Lucas solus cap.primo A.B.C.

FVIT in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidá nomine Zacharias, de vice Abia: A
& vxor illius de filiabus Aaron, et nomen eius Eli
zabeth. Erant aũt iusti ambo ante deũ. Incedẽtes
in omnibus mãdatis & iustificationibus domini si
ne querela: et nõ erat illis filius: eo quòd esset Eli
zabeth sterilis, et ambo processissẽt in diebus suis.
Factũ est aũt: cũ sacerdotio fungeretur Zacharias
in ordine vicis suæ ante deum, secundum consuetu
dinem sacerdotii, sorte exiit vt incensum poneret
ingressus in templum domini & omnis multitudo
populi erat orans foris hora incensi. Apparuit au
tem illi angelus domini, stãs a dextris altaris incen
si, et Zacharias turbatus est, videns: & timor Ir
ruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne ti
meas Zacharia, quoniã exaudita ẽ deprecatio tua;
& vxor tua Elizabeth pariet tibi filium & vocabis
nomen eius Ioannẽ: et erit gaudium tibi & exul
tatio, et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit
enim magnus corã domino: et vinũ & siceră nõ bi B
bet, et spũ sctõ replebitur adhuc ex vtero matris
suæ: et multos filiorũ Israel cõuertet ad dominum
deũ ipsorũ & ipse præcedet ante illũ in spũ & virtu
te Eliæ vt cõuertat corda patrũ in filios & incre
dulos ad prudentiam iustorum parare domino ple
bẽ perfectam. Et dixit Zacharias ad angelũ. Vnde
hoc sciã, ego enim sum senex & vxor mea processit
in diebus suis. Et respõdẽs angelus, dixit ei. Ego sũ

Gabriel qui asto ante deum: et missus sum loqui ad te,& hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: et mirabantur quod tardaret ipse in
C templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos:& cognouerāt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis & permansit mutus. Et factum est: vt impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius: et occultabat se mensibus quinque dicens. Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines

Rubrica tertia de temporali & humana Iesu cristi genealogia Math. Luc.

Matheus capitulo primo A.B.C.

A Liber generationis Iesu christi filii Dauid filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas aūt genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares aūt genuit Esrom. Esrom aūt genuit Aram. Aram aūt genuit Aminadab. Aminadab aūt genuit Naasson. Naasson autē, genuit

Salmon.Salmon aūt,genuit Booz de Raab.Booz
autem,genuit Obed ex Ruth.Obed autem genuit B
Ieſſe.Ieſſe autem genuit Dauid regem.Dauid au=
tem rex genuit Salomonem ex eaque fuit Vrie.Sa
lomon autem genuit Roboam.Roboam aūt ge=
nuit Abiam.Abia aūt genuit Aſa. Aſa aūt genuit
Ioſaphat.Ioſaphat autem genuit Iorā . Ioram aūt
genuit Oziam. Ozias aūt genuit Ioatham. Ioathā
autem genuit Achar. Achar aūt genuit Ereciam.
Ezenas aūt genuit Manaſſem. Manaſſes aūt ge=
nuit Amon.Amon autem genuit Ioſiā. Ioſias aūt
genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratio
ne Babylonis. Et poſt tranſmigrationem Babylo=
nis Iechonias genuit Salathiel.Salathiel autem ge
nuit zorobabel. zorobabel aūt genuit Abiud.A=
biud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit
Azor.Azor aūt genuit ſadoc.Sadoc autem genuit
Acim.Acim autem genuit Eliud.Eliud aūt genuit
Eleazar.Eleazar aūt genuit Matthā.Matthan au=
tem genuit Iacob.Iacob autem genuit Ioſeph vi=
rum M A R I AE dequa natus eſt Ieſus qui voca= C
tur chriſtus. Omnes Itaque generationes ab A=
braham vſque ad Dauid generationes quatuorde=
cim & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Baby
lonis,generationes quatuordecim,et a tranſmigra
tione Babylonis vſque ad Chriſtum,generationes
quatuordecim

Lucas capitulo tertio E.F.G

E ET IPSE Iesus erat incipiens quasi annorũ triginta: vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthathiæ,
F qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit mathathiæ, qui fuit Senei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohãna, qui fuit resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit melcha, qui fuit Mẽna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmõ, qui fuit Naasson, qui fuit
G Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit Salæ, qui fuit Chainam, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sẽ, qui fuit Noe, qui fuit lamech, qui fuit Matusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Chainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Rubrica.iiii.de MARIA desponsata Ioseph quæ (nũciãte angelo Gabriele, iesum filium dei de spiritu sctõ concepit Math. Luc.

Matheus cap.1.C.



HRISTI auté generatio sic erat cum esset despõsata mater IESV MARIA Ioseph, antequã cõueni ẽt, inuẽta est in vtero habẽs de spũ sancto. C

Lucas cap.1.C.D.

IN mense autem sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilææ cui nomen Nazaret, ad virginem despõsatam viro cui nomẽ erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis MARIA: Et ingressus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata ẽ in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria, inuenisti enim gratiã apud deũ, ecce cõcipies in vtero & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur, et dabit illi dominus deus sedẽ dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob inæternũ, & regni eius nõ erit finis, dixit autem maria ad angelũ. D
Quõ fiet istud, quoniã virum non cognosco? Et respõdẽs angelus, dixit ei. Spũs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Ideóq; & quod nascetur ex te sanctũ: vocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filiũ in senectute sua, & hic mensis sextus est illi quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deũ omne

verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

Rubrica. v. de visitatione Elizabeth per Mariam deiparam, & eius cantico Magnificat anima mea dominum.

Lucas solus cap. 1. D. E.



EXVRGENS autē Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth. Et factum est: vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est spiritu sancto Elizabeth; & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infās in vtero meo, & beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino, Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum, Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna

qui potens est: & sanctum nomen eius, Et miseri-
cordia eius a progenie in progenies, timētibus eū,
fecit potentiam in brachio suo : dispersit superbos
mente cordis sui. Deposuit potentes de sede & ex
altauit humiles. Esurientes impleuit bonis: & diui-
tes dimisit Inanes. Suscepit Israel puerum suū, me-
morari misericordie suæ, sicut locutus est ad patres
nostros, Abraham & semini eius in secula, Mansit
autem Maria cū illa quasi mensibus tribus & reuer
sa est in domum suam.

Rubrica sexta de Ioannis baptistæ natiuitate, et circuncisione, Restitutoq; zacha riæ sermone qui spiritu sancto Repletus Canti cum edidit. Benedictus dominus deus Israel.

Lucas solus cap. primo. F. G.



LIZABETH autem impletū est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit dominus misericordiā suam cum illa & cōgratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circuncidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui zacha riam. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam sed vocabitur Ioannes, Et dixerunt ad illam. Quia

nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc no=
mine. Innuebant autem patri eius quem vellet vo
cari eum. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit dicens.
Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi.
Apertum eſt autem illico os eius, & lingua eius &,
loquebatur benedicens deum. Et factus eſt ti=
mor ſuper omnes vicinos eorum & ſuper omnia
verba hæc, & poſuerunt omnes qui audierant in
corde ſuo, dicentes. Quiſputas puer iſte erit? Et=
enim manus domini erat cum illo. Et Zacha=
rias pater eius repletus eſt ſpiritu ſancto: & pro=
phetauit, dicens. Benedictus dominus deus Iſrael:
quia viſitauit & fecit redemptionem plebi ſuæ. Et
erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pue=
ri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſecu
lo ſunt prophetarum eius, Salutem ex inimicis no=
ſtris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad fa
ciendam miſericordiam cum patribus noſtris &
memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod
iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe
nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum no=
ſtrorum liberati, ſeruiamus illi. In ſanctitate &
iuſticia coram ipſo omnibus diebus noſtris. Et tu
puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim
ante faciem domini, parare vias eius. Ad dan=
dam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem
peccatorum eorum. Per viſcera miſericordiæ dei
noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Rubrica septima de Ioseph super virgine grauida hesitante per angelum in somnis certiorato & consolato.

Matthæus solus
cap.1.C.D.



OSEPH AVTEM VIR eius cum esset iustus & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis ei, dicens. Ioseph fili Dauid, noli timere, accipe MARIAM coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est, pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum, à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habebit & pariet

C

D

filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel quod est interpretatum nobiscum deus. Exurgens autem Ioseph à somno fecit sicut præcepit ei angelus domini, & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitũ: & vocauit nomen eius Iesum.

Rubrica. viii. de Augusti Cęsaris edicto, ortuque Iesu Christi saluatoris in Bethleem quem festini pastores angelo gaudium euangelizante in præsepio pannis inuolutum visitarunt, déque eius circũcisione & nominis impositione.

Lucas solus cap. 2. A. B. C.

A 
ACTVM est autem in diebus illis exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima: facta est à præside Syriæ Cyrino, & ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autẽ & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæã ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleem: eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cũ Maria desponsata sibi vxore prægnantẽ, factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eũ in præsepio: quia nõ erat

ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione B
eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſu
per gregem ſuum. Et ecce, angelus domini ſtetit
iuxta illos, & claritas dei circunfulſit illos, & timue
runt timore magno, Et dixit illis angelus. Nolite
timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium ma
gnum quod erit omni populo: quia natus eſt vobis
hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus, in ciuita=
te Dauid. Et hoc vobis ſignum, inuenietis infantem
pannis inuolutum & poſitum in præſepio. Et ſubi=
to facta eſt cũ angelo multitudo militiæ cœleſtis,
laudantium deum & dicentiũ. Gloria in altiſſimis
deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
Et factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis angeli in cœlũ,
paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamus vſ=
que Bethleem, & videamus hoc verbum quod fa=
ctum eſt, quod fecit dominus & oſtendit nobis. Et C
venerunt feſtinantes: & inuenerunt Mariam & Io
ſeph, & infantem poſitũ in præſepio. Videntes au=
tem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis
de puero hoc, Et omnes qui audierant, mirati ſunt:
& de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. Ma
ria autem conſeruabat omnia verba hæc, cõferens
in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes
& laudantes deum in omnibus quæ audierant &
viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Et poſtquam cõ
ſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer vo
catum eſt nomen eius I E S V S, quod vocatum eſt
ab angelo priuſquam in verbo conciperetur.

Rubrica.ix.de Magorum(famulante stella)ad puerum adorandum aduentu:quo Herodes rex turbatus est qui puero oblatis muneribus responsóque in somnis accepto per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Mathæus solus cap.2.A.B



A V M ergo natus esset IESVS in Bethleem Iudææ in diebus Herodis regis,ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam,dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam in oriente,& venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi,sciscitabatur ab eis vbi CHRISTVS nasceretur. At illi dixerunt ei.In Bethleē Iudææ, sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda,nequaquam minima es in principibus Iuda,ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clàm,vocatis Magis,diligenter didicit ab eis tēpus stellæ quæ apparuit eis, & mittēs eos in Bethleem,dixit. Ite & interrogate diligēter de puero:& cum inueneritis,renunciate mihi,vt &
B ego veniens adorem eum.Qui cum audisset regē, abierunt,& ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos,vsquedū veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam,gauisi sunt gau

dio magno valde. Et intrantes domum, inuenerūt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerūt ei munera, aurum, thus & myrram. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Rubrica.x.de pueri I E S V in templo à parentibus præſentatione ſecundum legē Moyſi, quem iuſtus Symeon inter vlnas ſuſcepit benedicēs, canticúq;, Nunc dimittis ſeruum tuū domine, ſecundum verbum tuum in pace, edidit, ipſumq; in ruinam & reſurrectionē multorum, & in ſignum poſitum fore prædixit. Et de Anna prophetiſſa Phanuel filia,

Lucas ſolus cap.2.D.E.F.



ET poſtquā impleti ſunt dies purgationis eius ſecundū legē Moyſi, tulerunt illum in Hieruſalē, vt ſiſterent eū domino, ſicut ſcriptū eſt in lege domini D
Quia omne maſculū adaperiens vuluam, ſanctū domino vocabitur, & vt darent hoſtiā ſecundū quod dictū eſt in lege domini, par turturū: aut duos pullos colūbarū. Et ecce: hō erat in Hieruſalē, cui nomē Simeon, & hō iſte iuſtus & timoratus, expectās cōſolationē Iſrael: & ſpūſſanctus erat in eo. Et reſpōſum acceperat à ſpū ſancto, nō viſurum ſe mortē, niſi prius videret C H R I S T V M domini. Et venit in ſpiritu in templū. Et cum inducerent puerum I E S V M parentes eius, vt facerēt

ſecundum conſuetudinem legis pro eo: & ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecũdum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum, Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Et erãt pater eius & mater eius mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon: & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua vſque ad annos octogintaquatuor: quæ non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſeruationibus ſeruiens nocte ac die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Iſrael. Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem domini, Reuerſi ſunt in Galilæam in ciuitatem ſuam Nazareth.

Rubrica.xi.de fuga Ieſu in Aegyptũ occiſionéque innocentum, atq; eius reditu mortuo Herode ammonito Ioſeph in ſomnis ab angelo.

Matheus ſolus cap.2.C.D



VI CVM receſſiſſent,ecce ange C
lus domini apparuit in ſomnis Io=
ſeph dicens,Surge,et accipe puerum
& matrem eius, et fuge in Aegyptũ:
et eſto ibi vſquedum dicam tibi.fu=
turum enim eſt vt Herodes querat puerum ad per
dendum eum.Qui conſurgens accepit puerum &
matrem eius nocte : et ſeceſſit in Aegyptum. Et
erat ibi vſque ad obitum Herodis.vt adimpleretur
quod dictum eſt à domino per prophetam dicen=
tem ex Aegypto vocaui filium meum.

Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à
Magis,iratus eſt valde : et mittens occidit omnes
pueros qui erant in Bethleem & in omnibus fini=
bus eius,a bimatu & infra ſecundum tempus quod
exquiſierat à Magis. Tunc adimpletum eſt quod
dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem.
Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus mul
tus.Rachel plorans filios ſuos, et noluit conſola=
ri quia non ſunt. Defuncto autem Herode, ecce
angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ae=
gypto dicens. Surge , et accipe puerum & matrem
eius,et vade in terrã Iſrael,defuncti ſunt enim qui
querebant animam pueri: qui conſurgens accepit
puerum & matrem eius, et venit in terram Iſrael.
Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iu=

dæa pro Herode patre suo,timuit illò ire.& admo
nitus in somnis , secessit in partes Galilææ,Et ve=
niens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth
vt adimpleretur quod dictum est per prophetas.
Quoniam Nazaræus vocabitur.

Rubrica. xii. de I E S V duodecim annorum puero in medio doctorum disputan= te cum eis a parentibus inuento.

Lucas solus cap.2.F.G.



V E R A V T E M crescebat & cō
F fortabatur:plenus sapientia:& gra=
tia dei erat in illo.Et ibant parentes
eius per omnes annos in Hierusalē.
In die solenni paschæ,Et cum factus
esset annorum duodecim,ascendentibus illis Hie=
rosolymam secundum consuetudinem diei festi,
cōsummatisque diebus cum redirent, remansit
puer I E S V S in Hierusalem, & non cognouerūt
parentes eius,Existimantes autem illum esse in co
mitatu,venerunt iter diei,& requirebant eum in=
ter cognatos & notos,Et non inuenientes regressi
sunt in Hierusalem requirentes eum.Et factum est
post triduum inuenerunt illum in templo seden=
tem in medio doctorum,audientem illos & inter=
G rogantem eos.Stupebant autem omnes qui eum

audiebant,ſuper prudentia & reſponſis eius. Et videntes admirati ſunt,et dixit mater eius ad illum. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt,oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum quod locutus eſt ad eos. Et deſcendit cum eis,et venit Nazaret: & erat ſubditus illis, & mater eius cõſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Et I E S V S proficiebat ſapientia,& ætatę & gratia apud deum & homines.

SECVNDA PARS Principalis de I E S V progreſſu in mundum per ſanctiſſimam eius vocalem & ſalutarem doctrinã, diuinorũq; operum manifeſtationem. Cuius Rubrice. C X X I X.

Rubrica.xiii.de Ioanne baptiſta I E S V C H R I S T I præcurſore, penitentiam in deſerto predicante & baptizante, teſtimoniũq; de ipſo ſaluatore tunc abſente perhibente Math. Mar. Luc.

Mathæus cap.3. A.B.C.

A N DIEBVS autem illis venit Ioannes baptista prædicans in deserto Iudææ, et dicens. Pœnitentiā agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam prophetam dicentem. vox clamantis in deserto, parate viam domini: rectas facite semitas eius. ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis Camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca aūt eius erāt locustæ, et mel syluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & om-
B nis Iudæa, et omnis regio circa Iordanem. et baptizabantur ab eo in Iordane confitētes peccata sua. Videns autem multos Pharisæorum & Sadduceorum venientes ad baptismum suum, dixit eis Progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habe-
C mus Abraham, dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est, Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, et permūdabit aream suam, et congregabit triticum

in horreum ſuum,paleas autem comburet igni in=
extinguibili.

Marcus cap.I.A.B.



N I T I V N M euágelii IESV A
C H R I S T I filii dei ſicut ſcriptum
eſt in Eſaia propheta. Ecce mitto an
gelum meum ante faciem tuam, qui
preparabit viam tuá ante te. vox cla
mantis in deſerto,Parate viam domini:Rectas fa=
cite ſemitas eius.Euit Ioannes in deſerto:baptizãs
& predicans baptiſmum pœnitẽtie in remiſſionem
peccatorum,Et egrediebatur ad eum omnis Iudæa
regio,et Hieroſolymitæ vniuerſi,et baptizabantur
ab illo in Iordanis flumine cõfitentes peccata ſua,
Et erat Ioannes veſtitus pilis Cameli,et zona pelli
cea circa lumbos eius, et locuſtas & mel ſylueſtre
edebat.Et predicabat,dicẽs,venit fortior me poſt
me:cuius non ſum dignus procumbens ſoluere cor
rigiam calceamentorum eius.ego baptizaui vos a=
qua:Ille vero baptizabit vos ſpiritu ſancto.

Lucas cap.I.G

PVER autem creſcebat &.confortabatur ſpi G
ritu & erat in deſertis vſque in diem oſtenſio=
nis ſuæ ad Iſrael. Cap.3.A.B.C. Anno autem
quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris procuran=

te pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Gali=
lææ Herode. Philippo autem fratre eius tetrarcha
Ituрææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abili
næ Tetrarcha sub principibus sacerdotum Anna &
Caypha: factum est verbum domini super Ioānem
Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem re
gionem Iordanis, prædicans baptismum pœniten=
tiæ in remissionem peccatorum sicut scriptum est
in libro sermonum Esaiæ prophetæ, Vox claman
tis in deserto parate viam domini, rectas facite se=
mitas eius, omnis vallis implebitur, et omnis mons
B & collis humiliabitur, & erunt praua in directa: &
aspera, In vias planas & videbit omnis caro saluta
re dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt ba=
ptizarentur ab ipso. Genimina viperarū, quis osten
dit vobis fugere a ventura ira? facite ergo fructus
dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere. Patrem
habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens
est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.
Iam enim securis ad radicē arboris posita est, Om
nis ergo arbor non faciens fructum bonum, excide
tur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum
turbæ dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens
autem, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det
non habenti: & qui habet escas similiter faciat. Ve
nerunt autem & publicani vt baptizarentur: & di=
C xerunt ad illum, Magister quid faciemus? At ille di
xit ad eos, Nihil amplius quàm constitutum est vo

bis,faciatis. Interrogabant autem eum & milites,dicentes,Quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminem concutiatis,neque calumniam faciatis,& contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo & agitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne ne forte ipse esset CHRISTVS. Respondit Ioannes dicens omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me post me, cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni,cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam,& congregabit triticum in horreum suum,paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

Rubrica. xiiii. de IESV a Galilæa in Iordanem vt à Ioanne baptizaretur veniente atque dei patris in voce super eum & spiritus sancti in columbæ specie exhibito testimonio. Math.Marc.Luc.Ioan.

Mathæus cap.3. D.



VNC VENIT Iesus à Galilæa in Iordanē, ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioānes āt prohibebat eū dicēs,Ego à te debeo baptis- I.

zari,& tu venis ad me? Reſpondens autẽ I E S V S dixit ei. Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autem I E S V S, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum, Et ecce vox de cœlis, dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.


Marcus capi.1.B.

B T factum eſt in diebus illis, venit I E S V S à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à Ioanne in Iordane. Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cœlos apertos & ſpiritum ſanctum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo. Et vox facta eſt de cœlis. Tu es filius meus dilectus in te complacui.

Lucas cap.3.E.

E A C T V M eſt autem cum baptizaretur omnis populus, & I E S V baptizato & orante apertum eſt cœlum: & deſcēdit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum & vox de cœlo facta eſt, Tu es filius meus dilectus in te complacui mihi.

Ioannes cap.1.D.E



L T E R A die vidit Ioannes Iesum D
venientem ad se,et ait. Ecce agnus
dei,ecce qui tollit peccata mundi,hic
est de quo dixi.Post me venit vir, qui
ante me factus est,quia prior me erat
& ego nesciebam eum sed vt manifestetur in Is= E
rael,propterea veni ego in aqua baptizans,Et testi
monium perhibuit Ioannes,dicens.Quia vidi spiri
tum descendentē quasi columbam de cœlo, & mā
sit super eum.Et ego nesciebam eum.sed qui misit
me baptizare in aqua,ille mihi dixit.Super quem vi
deris spiritum descendentem & manentem super
eum.Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego
vidi:et testimonium perhibui quia hic est filius dei.

Rubrica. xv. de quadragesimali IE-SVCHRISTI Ieiunio & ipsius in deserto triplici tentatione cui triumphanti angeli mini strarunt.Math.Marc.Luc.

Math.Cap.4.A.B.



V N C I E S V S ductus est in de A
sertum a spiritu,vt tentaretur a dia=
bolo,Et cum ieiunasset quadraginta
diebus & quadraginta noctibus,po=
stea esuriit,Et accedēs tentator, di=

xit ei. Si filius dei es,dic vt lapides isti panes fiant.
Qui respondens, dixit. Scriptum est. Non in
solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod
procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum dia-
bolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super
pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius dei es,
mitte te deorsum. Scriptum est enim. Quia
B angelis suis mandauit de te, & in manibus tol-
lent te, ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ait illi I E S V S, rursum. Scriptum
est. Non tentabis dominum deum tuum. Ite-
rum assumpsit eum diabolus in montem excelsum
valde,& ostendit ei omnia regna mundi, & gloriã
eorum,& dicit ei. Hæc omnia tibi dabo,si cadens
adoraueris me. Tunc dicit ei I E S V S. Vade sa-
tana,scriptum est enim.Dominum deum tuum a-
dorabis:& illi soli serues.Tunc reliquit eum dia-
bolus,& ecce angeli accesserunt, & ministrabant
ei.

Marcus cap.I.B.

B ET statim spiritus expulit eum in desertum.
Et erat in deserto quadraginta diebus & qua-
draginta noctibus: & tentabatur à satana. Erátque
cum bestiis.Et angeli ministrabant illi.

Lucas cap.4.A.B.


ESVS AVTEM plenus A
ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Ior
dane: & agebatur in ſpiritu in de
ſerto, diebus quadraginta, & ten
tabatur à diabolo. Et nihil man
ducauit in diebus illis, & con=
ſummatis illis poſtea eſuriit. Dixit autem illi dia=
bolus. Si filius dei es: dic lapidi huic vt panis
fiat. Et reſpondit ad illum IESVS. Scri=
ptum eſt. Quia non in pane ſolo viuit homo,
ſed in omni verbo dei. Et duxit illum diabo=
lus in montem excelſum, & oſtendit illi om=
nia regna orbis terræ in momento temporis:
& ait illi. Tibi dabo poteſtatem hanc vniuer=
ſam, & gloriam illorum: qua mihi tradita ſunt,
& cui volo do illa. Tu ergo procidens ſi a= B
doraueris coram me: erunt tua omnia. Et re=
ſpondens IESVS, dixit illi, Scriptum eſt.
Dominum deum tuum adorabis: & illi ſoli ſer=
uies, Et duxit illum in Hieruſalem, & ſtatuit eum
ſuper pinnam templi, & dixit illi. Si filius dei es,
mitte te hinc deorſum. Scriptum eſt enim quod
angelis ſuis mandauit de te, vt cōſeruent te, & quia
in manibus tollēt te, ne forte offēdas ad lapidem

pedem tuum. Et respondens I E S V S, ait illi. Dictum est. Non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omnium tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.

Rubrica. xvi. Testimoniũ Ioannis baptistæ de I E S V in Bethania trans Iordanem sacerdotibus & leuitis à Hierosolymis ad eum missis.


Ioannes solus cap. I. B. C. D.

B VIT homo missus à deo, cui nomẽ erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illũ. non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Et infra paucis positis Ioannes testimonium perhibet de ipso: & clamat, dicẽs, Hic erat quem dixi. Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes, accepimus & gratiã pro gratia: quia lex per Moysen data est. gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est, deũ nemo vidit vnquã. Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et hoc est testimoniũ Ioannis, quãdo miserũt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum. Tu, quis es? Et

confeſſus eſt,& non negauit.Et confeſſus eſt,Quia non ſum ego CHRISTVS.Et interrogauerũt eũ.Quid ergo?Elias es tu?Et dixit.Non ſum.Propheta es tu?Et reſpondit.Non. Dixerunt ergo ei. Quis es,vt reſponſum demus his qui miſerũt nos? quid dicis de teipſo?Ait.Ego vox clamantis in deſerto.Dirigite viam domini ſicut dixit Eſaias propheta.Et qui miſſi fuerant,erant ex phariſæis . Et interrogauerũt eum,& dixerunt ei.Quid ergo baptizas,ſi tu non es CHRISTVS,neque Elias, D
neq; propheta?Reſpondit eis Ioannes,dicens.Ego baptizo in aqua:medius autem veſtrum ſtetit quẽ vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt,cuius ego nõ ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethabara facta ſunt trans Iordanem,vbi erat Ioannes baptizans.

Rubrica.xvij.de duobus diſcipulis Ioannis qui audito magiſtri de IESV teſtimonio ſecuti ſunt IESVM.Quorum Andreas vnus qui fratrem ſuũ Simonem ad eum adduxit. Cui tunc CHRISTVS nomen Cephas impoſuit.In craſtinumque vocauit CHRISTVS Philippum per quem Nathanael ad IESVM venit.

Ioannes ſolus cap.1.E.F.G.

E 
LTERA DIE iterum ſtabat Ioannes,& ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens IESVM ambulantem,dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt IESVM. Conuerſus autem IESVS, & videns eos ſequentes ſe,dicit eis. Quid quæritis?
F Qui dixerunt ei. Rabbi(quod dicitur interpretatum Magiſter,) vbi habitas? Dicit eis. Venite,& videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manſerunt die illo,hora autem erat quaſi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant eum. Inuenit hic primum, fratrem ſuum Simonem, & dicit ei. Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum CHRISTVS. Et adduxit eum ad IESVM. Intuitus autem eum IESVS dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus in craſtinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei IESVS. Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida ciuitate Andrææ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophetæ. Inuenimus IESVM filium IOSEPH à Nazareth: Et dixit ei Nathanael. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & vide. Vidit IESVS Nathanael venien-

tem ad se: & dicit de eo. Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit IESVS, & dixit ei. Prius quam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit IESVS & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

Rubrica decimaoctaua de aquæ in vinum mutatione in Cana Galilææ. Quod fuit initium signorum IESV.

Ioannes solus
cap.2. A.B.



T DIE TERTIA nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater IESV ibi. Vocatus est autem & IESVS & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater IESV ad eum. Vinum non habent. Et dicit eis IESVS. Quid A

mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dixit eis I E S V S Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis I E S V S. Haurite nunc & ferte Architriclino. Et tulerũt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & nõ sciebat vnde esset, ministri aũt sciebant qui hauserant aquã: vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum, bonum vinum ponit, & cũ inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initiũ signorum I E S V S in Cana Galilææ, & manifestauit gloriã suam, & crediderunt in eũ discipuli eius.

Rubrica.xix, de aduentu I E S V ad pascha in Hierusalem. Et vendentium & ementium facto flagello à templo eiectione petentibus Iudæis auctoritatis signum. Respondit. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Ioannes solus cap.2.C.D.

C OST hæc descẽdit Capharnaũ ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi mãserunt nõ multis diebus. Et propè erat pascha Iudæorũ & ascendit I E S V S Hierosolymã: &

inuenit in templo vendentes oues & boues & co lumbas,& immularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tem-plo,oues quoque & boues, & immulariorum effu-dit æs, & mensas subuertit.Et his qui colũbas ven debãt,dixit.Auferte ista hinc: & nolite facere do-mum patris mei domum negociationis. Recorda ti sunt vero discipuli eius,quia scriptum est. Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iu-dæi et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis; quia hæc facis? Respondit I E S V S , & dixit eis. Soluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud.Dixerunt ergo Iudæi.Quadraginta & sex an nis ædificatum est templum hoc:& tu in tribus diẽ bus excitabis illud?Ille autẽ dicebat de tẽplo cor-poris sui.Cum ergo resurrexisset à mortuis recor-dati sunt discipuli eius quia hoc dicebat,& credide rũt scripturæ,& sermoni quem dixit I E S V S. Cũ autẽ esset Hierosolymis in Pascha in die festo mul ti crediderunt in nomine eius videntes signa eius quæ faciebat.Ipse autem I E S V S non credebat semetipsum eis,eo quod ipse nosset omnes & quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine,ipse enim sciebat quid esset in homine.

Rubrica.xii. de Nicodemo Pharisæo

Iudæorum principe qui nocte veniens ad I E-S V M multipliciter de spirituali regeneratio-ne ab eo instructus est.

Io.ſolus cap.3.A.B.C.

A RAT AVTEM homo ex Pha=
riſæis Nicodemus nomine,princeps
Iudæorum. Hic venit ad IESVM
nocte & dixit ei Rabbi, ſcimus quia
à deo veniſti magiſter. Nemo enim
pōt hæc ſigna facere quæ tu facis,niſi fuerit deus
cum eo.Reſpōdit IESVS & dixit ei.Amen amē
dico tibi,niſi quis renatus fuerit denuo,non poteſt
videre regnum dei.Dicit ad eū Nicodemus. Quō
poteſt hō naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in
vētrem matris ſuæ iterato introire & renaſci? Reſ
pondit IESVS.Amen amen dico tibi:niſi quis re
natus fuerit ex aqua & ſpū ſancto non pōt introire
in regnū dei:Quod natum eſt ex carne,caro eſt:&
quod natum eſt ex ſpiritu,ſpiritus eſt. Non mireris
quia dixi tibi oportet vos naſci denuo. Spūs vbi vult
ſpirat:& vocem eius audis,ſed neſcis vnde veniat:
aut quo vadat.ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu:
reſpondit Nicodemus & dixit ei.Quō poſſunt hæc
fieri?Reſpondit ei IESVS & dixit ei.Tu es magi
B ſter in Iſrael & hæc ignoras?Amen amen dico tibi
quia quod ſcimus loquimur,& quod vidimus teſta
mur & teſtimoniū noſtrū non accipitis. Si terrena
dixi vobis & nō creditis:quō ſi dixero vobis cœle=
ſtia,credetis?Et nemo aſcēdit in cœlū niſi qui deſcē
dit de cœlo,filius hōis qui eſt in cœlo,Et ſicut Moy
ſes exaltauit ſerpētē in deſerto ita exaltari oportet

filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternã. Sic enim deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitã æternã. Nõ enim misit deus filiũ suũ in mundum vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui aũt non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc est autem iudiciũ quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem: & nonvenit ad lucem: vt non arguantur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestẽtur opera eius, quia in deo sunt facta. G

Rubrica.xxi.de discipulorum Ioannis contra IESVM quærela, quibus respondens Ioannes testimonium de IESV dat superioritatis dicens. illum oportet crescere: me autem minui.

Ioannes solus cap.3.C.D.



OST hæc VENIT IESVS & discipuli eius in Iudæam terram & illic morabatur cum eis & baptizabat. Erat C

autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salmi: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & bapti zabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem questio ex discipulis Ioã nis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannem, & dixerũt ei. Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum: Respõdit Ioan nes & dixit. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo, ipsi vos mihi testimo= niũ perhibetis quòd dixerim, Non sum ego CHRI STVS: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem spon= si. Hoc ergo gaudium meum impletum est, illum oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum venit: super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super om nes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & te stimonium eius nemo accepit. Qui autem accepit eius testimonium, signauit: quia DEVS VE= RAX EST, Quem enim misit deus, verba dei loquitur, non enim ad mensuram dat deus spiri= tum. Pater diligit filium: & omnia dedit in manu e= ius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira dei manet super eum.

Rubrica.xxii.de Ioannis baptistæ Incarceratione ab Herode quem propter Herodiadem fratris vxorem reprehendebat. Math. Mar.Lucas.

Mathæus cap. 14.A.



ERODES enim tenuit Ioannem & alligauit eum: & posuit in carcerē propter Herodiadem vxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes, nō licet tibi habere eā, & volēs illum occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. A

Marcus cap.6 C.

IPSE enim Herodes misit ac tenuit Ioānem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam, dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias aūt insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virū iustum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. C

Lucas cap.3.D.

HERODES aūt tetrarcha cū corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de D

omnibus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia & inclusit Ioannem in carcerem.

Rubrica.xxiii. I E S V S audita Ioannis incarceratione secessit in Galilæam relicta Iudæa Math. Mar. Luc. Io.

Mathæus cap. 4. C

B CVM autem audisset I E S V S quod Ioãnes traditus esset, secessit in Galilæam.

Marcus cap. 1. B.

B POSQVAM autem traditus est Ioannes, venit I E S V S in Galilæam.

Lucas cap. 4. C.

C ET regressus est IESVS in virtute spiritus in Galilæam.

Ioannes cap. 4. A.

A VT E R G O cognouit IESVS quia audierunt Pharisæi quòd I E S V S plures discipulos facit & baptizat quam Ioannes (quanquam

IESVS non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam.

Rubrica.xxiiii. de collocutione IESV cum Samaritana muliere.

Ioannes solus cap.quarto.
A.B.C.D.E.F.



PORTEBAT AVTEM eũ transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sychar, Iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. IESVS aũt fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei IESVS. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana. Non enim cõtinẽtur iudæi Samaritanis, Respõdit IESVS, & dixit ei. Si scires domum dei, & quis est qui dicit tibi. Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam A

viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob qui dedit nobis puteum: & ipſe ex eo bibit, & filii eius,& pecora eius? Reſpondit IESVS, & dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet iterũ, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Dicit ad eũ mulier. Domine,da mihi hanc aquam, vt non ſitiam,neque veniam huc haurire. Dicit ei IESVS
C Vade,voca virum tuum, & veni huc. Reſpondit mulier,& dixit. Non habeo virũ. Dicit ei IESVS Bene dixiſti,Quia non habeo virum,Quinq; enim viros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus vir,hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier. Domine,video quia propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei IESVS. Mulier,crede mihi quia veniet hora quando neque in monte hoc,neque in Hieroſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus,quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora & nunc eſt,quando veri adoratores adorabunt patrẽ in ſpiritu & veritate,nam & pater tales quærit,qui adorent eum. Spiritus eſt deus: & eos qui adorant eum,in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia Meſſias venit,qui dicitur
D CHRISTVS,cum ergo venerit,ille annũciabit nobis omnia. Dicit ei IESVS. Ego ſum qui loquor tecum. Et cõtinuo venerunt diſcipuli eius:

&mirabantur quia cum muliere loquebatur. nemo tamē dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abiit in ciuitatē & dixit illis hominibus, Venite, & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci, nunquid ipse est CHRISTVS? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum, interea rogabāt eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem. Núquid aliquis attulit ei māducare? dicit eis IESVS. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quôd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros & videte regiones quia albæ sunt Iani ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbū verū: quia alius est qui seminat, & alius ē qui metit. Ego misi vos metere quod vos nó laborastis, alii laborauerūt: & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis. Quia dixit mihi omnia quæcūq; feci. Cū venissent ergo ad illū Samaritani rogauerūt eū vt ibi maneret. Et māsit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt propter sermonē eius. Et mulieri dicebāt. Quia iā nó propter tuam loquelā credimus, Ipsi enim audiuimus & sc



mus quia hic est vere saluator mūdi. Post duos aūt dies exiit Inde, & abiit in Galilæā. Ipse enim Iesus testimoniū perhibuit quia propheta in patria honorem non habet. Cum ergo venissent in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat. Hierosolymis in die festo, & ipsi enim venerant ad diem festum.

Rubrica.xxv.de filio reguli ī Capharnaū à IESV sancito cū esset in Cana Galilææ. Ioannes solus cap.4.G.

G ENIT ergo iterū in cana Galilææ vbi fecit aquā vinū. Et erat quidā regulus cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cū audisset quia IESVS aduenirét à Iudæa, in Galilæā, abiit ad eum: & rogabat eum vt descēderet & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo IESVS ad eum. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus Dicit ei IESVS. Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quē dixit ei IESVS, & ibat. Iam aūt eo descendente serui occurrerūt ei: & nūciauerūt dicētes, quia filius eius viueret, interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerit. Et dixerūt ei, Quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterū secūdū signū fecit Iesus, cū venisset à Iudæa in Galilæam.

Rubrica.xxvi.de Iesu i synagoga Nazareth docēte, cui traditus est liber quo reuoluto illud Esa.61.inuenit. Spūs domini super me &c. quod cōpletū esse affirmāti oēs testimoniū dabāt Nōnullis dicētibus, Nōne hic est filius Ioseph? Et cū eorū indignitatē duplici exēplo manifestasset ira repleti illū extra ciuitatem vsque ad supercilium montis vt præcipitarent eiecerunt.

Lucas solus cap.4.C.D.E.

ET fama exiit per vniuersam regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū: & magnificabatur ab omnib9. Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secūdū cōsuetudinē suā diē sabbati in synagogā, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, & vt reuoluit librū: inuenit locū vbi scriptū erat, Spūs domini super me, propter quod vnxit me, euāgelizarę pauperibus: misit me sanare cōtritos corde, prædicare captiuis remissionē, & cæcis visum, dimittere cōfractos in remissionē, prædicare annū domini acceptū, & diē retributionis. Et cū plicuisset librū reddidit ministro & sedit. Et omniū in synagoga oculi erāt intēdētes in eū. Cœpit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabāt: et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant. Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum, quanta audiuimus facta in Capharnaum: faç

&c hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarũ missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierẽ viduam, Et mul
E ti leprosi erãt in Israel sub Elisæo propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga, ira: hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerũt illum extra ciuitatem & duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse aũt transiẽs per medium illorũ ibat.

Rubrica. xxvii. I E S V S relicta Nazareth venit Capharnaum ciuitatem maritimã ibiq; prædicauit. Pœnitentiam agite &c. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap. 4. C.

G 
T RELICTA ciuitate Nazareth venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetã. Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trãs Ior

danem Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnam: & ſedentibus in regione vmbræ mortis,lux orta eſt eis.Exinde cœpit I E S V S prædicare & dicere.Pœnitẽtiam agite:appropinquauit enim regnum cœlorum.

Marcus cap.1.B.

VEnit I E S V S in Galilæam,prædicãs euãgelium regni dei,& dicens.Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum dei,pœnitemini,& credite euangelio. B

Lucas cap.4.E.

ET deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ,ibique docebat illos ſabbatis.Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. E

Rubrica.xxviii.de apoſtolorum piſcatorum vocatione à I E S V qui Simonis nauiculam aſcendens (vt Lucas meminit) hiſque retia laxare præcipiens copioſam piſcium multitudinem concluſerunt.Et hominum poſtea facti piſcatores relictis omnibus ſecuti ſunt eũ.Math. Marc.Luc.

Mathæus cap.4.D.

D MBVLANS autẽ IESVS iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus,& Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piſcatores) & ait illis. Venite poſt me,& faciã vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus,ſecuti ſunt eũ. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorũ reficientes retia ſua: & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus & patre ſecuti ſunt eum.

Marcus cap.1.B.

B ET præteriẽs ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andreã fratrem eius,mittẽtes retia in mare (erant enim piſcatores) & dixit eis IESVS. Venite poſt me,& faciã vos fieri piſcatores hominum. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eũ. Et progreſſus inde puſillum,vidit Iacobũ Zebedæi & Ioãnem fratrem eius, & ipſos cõponentes retia in naui: & ſtatim vocauit illos: Et relicto patre ſuo Zebedeo in naui cũ mercenariis: ſecuti ſunt eum.

Lucas qui ſolus loquitur de captura piſciũ,ſic quod præ piſcium multitudine rumpebatur rete. Cap.5.A.B.

FActum eſt aũt: cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbũ dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ

Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores aũt descenderant, & lauabant retia. Ascendens aũt in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillũ. Et sedẽs, docebat de nauicula turbas: vt cessauit autẽ loqui, dixit ad Simonẽ. Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturã. Et respõdẽs Simon, dixit illi. Præceptor, per totã noctẽ laborantes nihil cœpimus, in verbo aũt tuo laxabo rete. Et cũ hoc fecissent: cõcluserũt piscium multitudinẽ copiosam. Rũpebatur aũt rete eorũ. Et annuerùnt sociis qui erãt in alia naui, vt venirẽt & adunarẽt eos. Et venerũt, & impleuerũt ambas nauiculas: ita vt pænê mergerẽtur. Quod cũ videret Simon Petrus, procidit ad genua I E S V dicẽs. Exi à me domine: quia hõ peccator sum. Stupor enim circũdederat eũ & oẽs qui cũ illo erãt, in captura pisciũ quã cœperãt. Similiter aũt Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonẽ I E S V S. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Rubrica.xxix.de I E S V ĩ synagogis Galilææ euãgelium prædicante omnésque languores sanante quique crescente eius fama spiritum immundum expulit. Math. Mar. Luc.

Mathæus cap.4.D.



b T CIRCVMIBAT IESVS totam Galilæam docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerũt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

Marcus cap.1.C.

c ET ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos. Et stupebant super doctrina eius, erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicens. Quid nobis & tibi IESV Nazarene? venisti perdere nos? scio quod sis sanctus dei. Et cõminatus est ei IESVS, dicens. Obmutesce, & exi de homine. Et discerpẽs eum spiritus immũdus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Et mirati sunt omnes: ita vt conquirerent inter se, dicentes. Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua: quia in potestate spiritibus immundus imperat, & obediũt ei? Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ.

Lucas cap.4.F.

ET in synagoga erat homo habens dæmoniũ immundum: & exclamauit voce magna, dicēs. Sine, quid nobis & tibi IESV Nazarene? venisti perdere nos, scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illum IESVS, dicens. Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum, dæmonium in medium exiit ab illo, nihilque illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes, Quod est hoc verbum quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. F

Rubrica.xxx.de Simonis socru febricitāte sanata multisque aliis manuum impositione a variis languoribus curatis deque exeũtibus dæmoniis, quæ clamantia quia tu es filius dei nō Sinebat IESVS ea loqui. Math. Mar. Luc.

Mathæus cap.8.B.



ET CVM VENISSET IESVS in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimisit eam fe- B

bris,& surrexisset & ministrabat eis. Vespere autē facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes & eiiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit,vt adimpleretur quod dictum est per Esaiá prophetam dicentem,Ipse infirmitates nostras accepit:& ægrotationes nostras portauit.

Marcus cap.1.C.D

C ET protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis & Andrææ cum Iacobo & Ioanne.Decumbebat autē socrusSimonis febricitans:& statim dicunt ei de illa.Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius:&continuo dimisit eam febris,& ministrabat eis,Vespere autem

D facto,cum occidisset sol,afferebant ad eum omnes male habentes,& dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus:& dæmonia multa eiiciebat,& non sinebat ea loqui quoniá sciebant eum.

Lucas cap.4.G.

G SVrgens autem IESVS de synagoga,introiuit in domum Simonis.Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus:& rogauerunt illũ pro ea.Et stans super illam imperauit febri: & dimisit

illam. Et continuo surgens monstrabat illis. Cũ au
tem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos va
riis languoribus: ducebant illos ad eum. At ille sin
gulis manus imponẽs, curabat eos, Exibant autem
dæmonia a multis. clamantia & dicẽtia. Quia tu es
filius dei. Et increpãs non sinebat ea loqui, quia scie
bant ipsum esse C H R I S T V M. facta autẽ die;
egressus ibat in desertum locum: & turbæ require=
bant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detine=
bant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare
regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat prædi=
cans in synagogis Galilææ.

Rubrica.xiii.de Mathæi publicani in Theloneo sedẽtis ad apostolatum vocatione; Matheus. Marcus. Lucas.

Matheus cap. 9. B.



T CVM TRANSIRET in
de I S V S, vidit hominem seden= B
tem In Thelonio, Mattheum Nomi
ne. Et ait Illi. Sequere me, Et surgẽs,
secutus est eum. Et factum est: discum
bente eo In domo: ecce multi publicani & pec=
catores venientes, Discumbebant cum I E S V,
Et discipulis eius; Et videntes pharisæi; di=

cebāt discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester. At IESVS audiens, ait. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus, Euntes autem discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium, non enim veni vocare iustos: sed peccatores.

Marcus cap.2.B.C.

B. ET CVM præteriret, vidit leui Alphæ sedentem ad Teloniū: & ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est cum accumbe
C ret in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum IESV & discipulis eius. erant enim multi qui & sequebantur eum, & scribæ & Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit Magister vester? Hoc audito IESVS ait illis. Non necesse habent sani, medico: sed qui male habent. non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Lucas cap.5.F

F ET POST hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui sedentem ad Telonium, & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum, & fecit ei conuiuium magnum Le-

ui in domo sua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discũbentes, Et murmurabant Pharisæi & scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens IESVS dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Rubrica.xxxii. de Ioãnis baptistæ discipulorumq; murmure & pharisæorum, contra IESVM super discipulis suis non ieiunantibus. Math.Mar.Lucas.

Mathæus cap. 9.C.



TVNC accesserũt ad deum discipuli Ioannis, dicentes. Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequẽter: discipuli autẽ tui non ieiunant? Et ait illis IESVS. Nũquid possunt filij spõsi lugere quãdiu cum illis est sponsus? Venient aũt dies, cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Nemo aũt immittit commissuram panni rudis in vestimẽtum vetus, tollit enim plenitudinem eius à vestimento: & peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. alioquin rumpuntur vtres & vinum effunditur, & vtres perirent, C

Sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur.

Marcus cap.2.C.D.

C ET erant discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi. Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui aũt discipuli non ieiunant? Et ait illis IESVS. Nũquid possunt filii nuptiarum quandiu sponsus cum illis est ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare, Venient autem dies cũ
D auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in diebus illis. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplemẽtum nouum à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouũ in vtres veteres: alioquin, dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt, sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

Lucas cap.5.F.G

F AT ILLI dixerunt ad eum quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem, edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ie-
G iunare? Venient autem dies: & cum ablatus fuerit

ab illis ſponſus tunc ieiunabunt in illis diebus,dice bat autem & ſimilitudinem ad illos. Quia nemo commiſſuram a veſtimento nouo immittit in veſti mentum vetus:alioquin & nouum rumpit,& vete= ri non cõuenit commiſſura a nouo. Et nemo mit= tit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rum= pet vinum nouum vtres,& vinum effundetur & v= tres peribunt: ſedvinum nouum in vtres nouos mittendum eſt:& vtraque conſeruantur.Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum.Dicit enim ve= tus melius eſt.

Rubrica.xxxiii.de duodecim apoſto- lorũ electione & eorum nominibus.Mathæus. Mar,Luc.

Mathæus cap.10.A

ET CONVOCATIS duodecim diſci= pulis ſuis,dedit illis poteſtatem ſpirituum im mundorum vt eiicerent eos,& curarent omnẽ lan guorem,& omnem infirmitatem duodecim autem apoſtolorum nomina ſunt hæc.Primus, Simon qui dicitur Petrus & Andræas frater eius, Philippus & Bartholomeus,Iacobus Zebedæi,& Ioannes fra= ter eius,Thomas & Matthæus publicanus, & Iaco bus Alphæi & Thaddæus,Simon Cananeus,& Iu das Iſcariotes qui & tradidit eum.

Marcus cap.3.B.C.

ET ascendens in montem, vocauit ad se quos
B voluit ipse:& venerunt ad eum.Et fecit vt es
sent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædi=
care.Et dedit illis potestatem curandi infirmitates,
& eiiciendi dæmonia. Et imposuit Simon nomen
Petrus,& Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem
Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges quod
C est filii tonitrui, & Andream & Philippum & Bar=
tholomeum & Matthæum & Thomam & Iacobũ
Alphæi & Thaddæum & Simonem Cananeum &
Iudam Iscariotem qui & tradidit illum.

Lucas cap.6.B.C.

FActum est autem: in illis diebus exiit in mon
B tem orare,& erat pernoctãs in oratione dei.
Et cum dies factus esset,vocauit discipulos suos:&
elegit duodecim ex ipsis quos & apostolos nomi=
nauit. Simonem quem cognominauit Petrum, &
Andream fratrem eius Iacobum & Ioannem,Phi=
C lippum & Bartholomæum,Matthæum & Thomã
Iacobum Alphæi & Simonem qui vocatur Zelo=
tes,& Iudam Iacobi,& Iudam Iscariotem qui fuit
proditor.

Rubrica. xxxiiii. de sermone domini

in monte quæ propter doctrinarum multitudi‑
nem plures continet rubricellas. Math.Lucas.

Rubricella prima de beatitudinibus.
Math.Lucas.

Mathæus cap.5.A.B.



IDENS autem IESVS turbas, A
aſcendit in montem: & cum ſediſſet
acceſſerūt ad eum diſcipuli eius:& a‑
periens os ſuum docebat eos,dicens.
Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſo‑
rum eſt regnum cœlorum.Beati mites, quoniā ipſi
poſſidebunt terram.Beati qui lugent,quoniam ipſi
conſolabuntur.Beati qui eſuriūt, & ſitiunt iuſtitiā,
quoniā ipſi ſaturabuntur.Beati miſericordes,quo‑
niam ipſi miſericordiam conſequentur.Beati mun
do corde,quoniam ipſi deum videbunt.Beati paci‑
fici,quoniam filii dei vocabuntur.Beati qui perſe‑
cutionem patiūtur propter iuſtitiam , quoniam ip‑
ſorum eſt regnum cœlorum.Beati eſtis cum male‑ B
dixerint vobis homines,& perſecuti vos fuerint,&
dixerint omne malum aduerſum vos mentientes,
propter me.Gaudete & exultate:quoniam merces
veſtra copioſa eſt in cœlis, ſic enim perſecuti ſunt
prophetas qui fuerunt ante vos.

Lucas cap.6.C.D.

ET deſcendens cum illis, ſtetit in loco cam‑ C
peſtri,& turba diſcipulorum eius,& multitu‑

do copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem: & maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat, Beati pauperes: quia
D vestrum est regnum dei. Beati qui nūc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis, Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo, secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Veruntamen væ vobis diuitibus, qui habetis consolationē vestram. Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines, secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

Rubricella .ii. de apostolorum cōmendatione ex officii conditione.

Mathæus solus cap. 5. B.

B VOs estis sal terræ. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab ho-

minibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrē veſtrum qui in cœlis eſt.

Rubricella. iii. de legis adimpletione per CHRISTVM qui alijs adimplendi exēplum præbuit. Math. Luc.

Mathæus cap.5.C.

NOlite putare quoniam veni ſoluere legē aut prophetas, non veni ſoluere: ſed adimplere. G
Amen quippe dico vobis, donec trāſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex nō præteribit à lege, donec omnia fiāt. Qui ergo ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico autē vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Lucas cap.16.D.

FAcilius eſt autem cœlum & terram cadere, quā de lege vnum apicem præterire. D

Rubricella. iiii. de multiplici concilio-

rum ſuper legem veterem additione,aut verius de aliquorum moralium præceptorum declaratiõe,de illo.Exo.ca.zo.Nõ occides.Math.Luc.

Mathæus cap.5.D.

D AVdiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides,qui autẽ,occiderit:reus erit iudicio.Ego autẽ dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio,qui autem dixerit fratri ſuo Rhaca,reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehẽne ignis.Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te:relinque ibi munus tuũ ante altare,& vade prius reconciliare fratri tuo:& tunc veniens offer munus tuum.Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via cum eo:ne forte tradat te aduerſarius iudici,& iudex tradat te miniſtro,& in carcerem mittaris.Amen dico tibi, non exies inde,donec reddas nouiſſimum quadrãtem.

Lucas cap.12.G.

G CVm autem vadis cũ aduerſario tuo ad principem,in via,da operã liberari ab illo:ne forte tradat te ad iudicem,& iudex tradat te,exactori, & exactor mittat te in carcerẽ.Dico tibi,non exies inde,donec etiam nouiſſimum minutum reddas.

Rubricella.v.de illo Exo.ca.xx.Non

mœchaberis.

Math.ſolus cap.5.E.

AVdiſtis quia dictum eſt antiquis. Nó mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehēnam ignis. Et ſi dextera manus tua ſcādalizat te, abſcide eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennā, dictum eſt autē, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eā mœchari: & qui dimiſſam duxerit adulterat. E

Rubricella.vi.de illo Leuiti. cap.xix.

Non periurabis.

Mathæus ſolus cap.5.F.

ITerum audiſtis quia dictū eſt antiquis, Non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neque per terram: quia ſcabellum eſt pedum eius, neque per Hieroſolymam: quia ciuitas eſt magni regis, neq; per caputē tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum al F

bum facere aut nigrum. Sit autem sermo vester est est, non non; quod autem his abundantius est, à malo est.

Rubricella.vii.de illo Exodi. cap.xxi. Oculum pro oculo. Math. Luc.

Mathæus cap.5.F.

F AVdistis quia dictum est, Oculum pro oculo & dentem pro dēte. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & quicūque te angariauerit mille passus, vade cū illo & alia duo Qui autem petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

Lucas cap.6.D.

D ET qui te percutit in maxillam vnam, præbe illi & alterā. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

Rubricella.viii.de illo Leuit.xix. Diliges proximum tuum &c. Math. Luc.

Mathæus cap.5.G.

AVdiſtis quia dictum eſt. Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: & ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habetis? nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. G

Lucas cap.6.D.E.

SEd vobis dico qui auditis. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis & orate pro calumniantibus vos. Et ſi diligitis eos qui vos diligũt, quæ vobis eſt gratia? nam & peccatores, diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite & mutuum date nihil inde ſperantes. Et erit merces veſtra multa, & eritis filii altiſſimi quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. D E

Rubricella.ix.de multiplici hypocrisis detestatione in eleemosynarum largitione.

Mathæus solus cap.6.A

A ATTENDITE ne iüsticiam ve-
stram faciatis corã hominibus vt vi-
deamini ab eis: alioquin mercedem
non habebitis apud patrem vestrum
qui in cœlis est. Cum ergo facis elee
mosynam, noli tuba canere ante te sicut hypocritæ
faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur
ab hominibus. amen dico vobis, receperunt merce
dem suam. Te autem faciente eleemosynam, ne
sciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elee-
mosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt
in abscondito, reddet tibi.

Rubricella .x. de hypocrisis detestatione in orationibus Math. Lucas.

Mathæus cap.6.B

B ET CVM oratis, non eritis sicut hypocri-
tæ qui amant in synagogis & in angulis pla-
tearum stantes, orare vt videantur ab hominibus.
amen dico vobis receperunt mercedem suam. Tu
autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, &
clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pa-
ter tuus qui videt in abscondito, Reddet tibi. Orã-

tes autem nolite multum loqui, ſicut ethnici fa-
ciunt: putant enim quod in multiloquio ſuo exau-
diantur. Nolite ergo aſſimulari eis. ſcit enim pater
veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.
Sic ergo vos orabitis. Pater noſter qui es in celis,
ſanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum
tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.
Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos di-
mittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas
in tentationem, Sed libera nos a malo. Amen. Si
enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimit
tet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si
autem non dimiſeritis hominibus: nec pater veſter
dimittet vobis peccata veſtra.

Lucas cap. z. A

ET FACTUM eſt cum eſſet in quodam A
loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipu-
lis eius ad eum. Domine, doce nos orare, ſicut do-
cuit Ioannes diſcipulos ſuos. Et ait illis. Cum ora-
tis, dicite. Pater, ſanctificetur nomen tuum, Adue-
niat regnum tuum. Fiat voluntas tua. Panem no
ſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte no
bis peccata noſtra, ſiquidem & nos dimittimus om
ni debenti nobis, Et ne nos inducas in tentationē,

Rubricella.ii. Quod instanter sit orandum Math.Luc.

Mathæus cap.7.B

B Etite & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur, aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nũquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?

Lucas cap.11.A.B

A ET, AIT ad illos. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo quod ponam ante illum: & ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico

vobis, Petite & dabitur vobis. querite: & inuenietis pulsates & aperietur vobis. Omnis enim qui petit: accipit & qui quærit inuenit: & pulsanti: aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nũquid lapidẽ dabit illi? Aut piscem nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nũquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se?

Rubricella. xii. de hyprocrisi in ieiunio detestanda Math. solus cap. 6. C

CVM AVTEM ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminãt enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunãtes. Amen dico vobis, quia receperũt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in absconso: & pater tuus qui videt in absconso reddet tibi.

Rubricella. xiii. de affectione in tẽporaliũ thesauris non collocanda & in tentione debite regulanda. Math. Luc.

Math.cap 6.C

C NOLITE thesaurizare vobis thesauros in
terra: vbi erugo & tinea demolitur,& vbi fu
res effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vo
bis thesauros in cœlo: vbi neque erugo neque ti-
nea demolitur,& vbi fures non effodiunt nec fu-
rantur, Vbi enim est thesaurus tuus: ibi e st & cor
tuum. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si ocu-
lus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum luci-
dum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: to-
tum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen
quod in te est ,tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quan-
tæ erunt.

Lucas cap.12.D

D VENDITE quæ possidetis,& date eleemo
synam,facite vobis sacculos qui non vetera
scunt: thesaurum non deficientem in cœlis,quò fur
non appropiat,neq; tinea corrũpit. Vbi enim the-
saurus vester est,ibi & cor vestrum erit. Et cap.11.
E. Nemo lucernam accendit,& in abscondito po-
nit,neq; sub modio: sed supra candelabrum, vt qui
ingrediuntur,lumen videant. Lucerna corporis tui,
est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex,totum
corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fue-
rit,etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo
ne lumen quod in te est tenebræ sint. Si ergo cor-

pus tuum totum lucidum fuerit:non habens aliquā partem tenebrarum,erit lucidum totum, & ficut lu cerna fulgoris illuminabit te.

Rubricella.xiiii.de nimia follicitudine tollenda & eiicienda,& fpe in dei prouidētia po nenda.Math.Luc.

Mathæus cap.6.C.D

NEMO poteft duobus dominis feruire.aut enim vnum odio habebit,&alterum diliget: aut vnum fuftinebit,& alterum contemnet.No po teftis deo feruire,& mammonæ ideo dico vobis,ne folliciti fitis animæ veftræ quid manducetis,neque corpori veftro quid induamini.Nonne anima plus eft quam efca:& corpus plufquam veftimentum? Refpicite volatilia cœli quoniam non ferunt, neq; metunt,neque congregant in horrea: & pater ve fter cœleftis pafcit illa.Nonne vos magis pluris e ftis illis.Quis autem veftrum cogitans, poteft adii cere ad ftaturam fuam cubitum vnum?Et de vefti mento quid folliciti eftis:Cōfiderate lilia agri quo modo crefcunt : non laborant neque nent. Dico antem vobis,quoniam nec Salomon in omni glo ria fua coopertus eft, ficut vnum ex iftis .Si enim fœnum agri quod hodie eft,& cras in clibanū mit

titur, deus sic vestit: quāto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiiciētur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi suffi cit dei malitia sua.

Lucas cap. 12. D

D Ixitque ad discipulos suos. Ideo dico vobis, nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis. Neque corpori, quid induamini. Anima plus est quam esca: & corpus plus quàm vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant neque metūt, quibus non est cellarium neque horreū, & deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis: Quis autem vestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis: quid de cæteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, neque Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei. Et vos nolite quærere

quid manducetis aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. Hæc autem omnia, gentes mundi querunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. veruntamen quærite primum regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Noli te timere pusillus Grex quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Et cap. decimo sexto. C. D. Nemo seruus potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adherebit, & alterum contemnet. non potestis deo seruire & mammonæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi qui erant auari & deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est: abominatio est ante deum.

Rubricella. xv. Qualiter miserandum nec improbe iudicandum. Et de prius eiicienda trabe ab oculo suo vt de fratris oculo festuca eiiciatur. Neque dandum est canibus sanctum. neque porcis Margaritæ. Math. Luc.

Mathæus cap. 7. A

NOlite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condēnabimini, In quo A

enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eiice primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.

Lucas cap. 6. F.

F Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini, dimittite, & dimittemini, date, & dabitur vobis. Mensuram bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis, Dicebat autem illis & similitudinem. Nũquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueã cadunt? Non est discipulus super magistrum, perfectus autẽ omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiiciã festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabẽ non vides? Hypocrita, eiice primũ trabem de oculo tuo

& tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

Rubricella.xvi.de vniuerſali legis precepto, & ſalutis portæ anguſtia. Math.Luc.

Mathæus cap.7.B.



MNIA ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ, intrate per anguſtã portam, quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrãt per eã. Quam anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam B

Lucas cap.6.E.

ET prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. Et cap.13.E. Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens in Hieruſalem. Ait autem illi quidam. Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos. Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. E

Rubricella.xvii. de falſorum prophetarum per fructus ſuos notitia. Math.Luc.

Mathæus cap.7.C.

C A Ttendite à falsis prophetis , qui veniunt ad vos in vestimētis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum, cognoscetis eos.

Lucas cap.6.G.

G NOn est enim arbor bona, quæ facit fructus malos, neq; arbor mala, faciens fructũ bonũ. Vnaquæq; enim arbor, à fructu suo cognoscitur, neq; enim de spinis colligũt ficus, neq; de rubo vindemiat vuam bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis, os loquitur.

Rubricella.xviii. Quòd deus nõ ore tantum, sed operum efficacia sit colendus. Mathæus Lucas.

Mathæus cap.7.C.D.

C NOn omnis qui dicit mihi, Domine domine: intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit vo

luntatem patris mei qui in cœlis eſt,ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis,quia nunquã noui vos,diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit hæc verba mea,& facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti,qui ædificauit domum ſuam ſuper petram,et deſcendit pluuia: & venerunt flumina & flauerunt venti,& irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit hæc verba mea , & non facit ea : ſimilis erit viro ſtulto , qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam,& deſcendit pluuia & venerunt flumina,& flauerunt venti,& irruerunt in domum illam,& cecidit,& fuit ruina illius magna. Et factum eſt cum cõſummaſſet IESVS verba hæc,admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos,ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.

Lucas cap.6.G.

QVid aũt vocatis me, domine domine,& nõ facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos,& facit eos: oſtẽdã vobis cui ſimilis ſit. ſimilis eſt hoĩ ædificãti domũ,qui fodit in altũ,& poſuit fũdamẽtũ ſupra petrã. Inũdatiõe aũt G

facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius, magna. Et cap.
E 13.E.F. Cum aũt intrauerit paterfamiliâs & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostiũ dicentes. Domine aperi nobis, & respondens dicet
F vobis. Nescio vos vnde sitis, tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde sitis, Discedite à me omnes operarii iniquitatis, ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abrahã, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidente, & aquilone, & austro, & accumbẽt in regno dei. Et ecce, sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant nouissimi.

Rubrica.xxxv.de leproso sanato, cui vt nemini diceret, iussit, sed vt sacerdotum principi se ostenderet. Math. Mar. Luc.

Mathæus cap.8.A.

A VM autem descendisset de mõte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicẽs. Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens IESVS manũ

tetigit eum,dicens. Volo mundare. Et confeſtim mũdata eſt lepra eius.Et ait illi I E S VS. Vide nemini dixeris:ſed vade,oſtende te ſacerdoti,& offer munus tuum,quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis.

Marcus cap.1.D.

ET diluculo valde ſurgẽs,egreſſus abiit in deſertum locum,ibiq; orabat. Et proſecutus eſt eum Simon,& qui cum illo erant. Et cum inueniſſent eum,dixerunt ei,Quia omnes quærunt te. Et ait illis,Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem:ad hoc enim veni.Et erat prædicans in ſynagogis eorum,in omni Galilæa,& dæmonia eiiciens.Et venit ad eum leproſus deprecans eum, & genu flexo,dixit.Si vis,potes me mundare.I E S V S autem miſertus eius,extendit manum ſuam, et tangens eum,ait illi. Volo mundare. Et cum dixiſſet:ſtatim diſceſſit ab eo lepra,et mundatus eſt, Et comminatus eſt ei,ſtatimq; eiecit illum,et dicit ei. Vide nemini dixeris,ſed vade,oſtende te principi ſacerdotũ,et offer pro mundatione tua quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis.Et egreſſus cœpit prædicare et diffamare ſermonem: ita vt iam non poſſet manifeſte introire in ciuitatem,ſed foris in deſertis locis eſſe, et conueniebant ad eum vndique. D

Lucas cap.5.C.

C ET factum est:cum esset in vna ciuitatũ,& ecce vir plenus lepra, & videns I E S V M, & procidens in faciem suam,rogauit eum,dicens.Domine,si vis,potes me mũdare.Et extendens manũ, tetigit eũ,dicens.Volo mũdare. Et cõfestim lepra discessit ab illo,Et ipse præcepit illi,vt nemini diceret:sed vade,ostẽde te sacerdoti,& offer pro emũdatione tua, sicut præcepit Moyses in testimoniũ illis.Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ,vt audirẽt, & curarentur ab infirmitatibus suis.Ipse autem secedebat in desertum,& orabat.

Rubrica. xxxvi. de centurionis seruo paralytico sanato.Math.Luc.

Mathæus cap.8.A.B.



A CVM autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio,rogans eũ & dicẽs.Domine,puer meus iacet in domo paralyticus,& male torquetur Et ait illi I E S V S. Ego veniam & curabo eum.Et respõdens Centurio,ait.Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meũ: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit:& alio

veni & venit: & ſeruo meo fac hoc, & facit. Audiens autem hæc IESVS, miratus eſt: & ſequentibus ſe, dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, et Iſaac, et Iacob in regno cœlorum, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et dixit IESVS Centurioni. Vade, et ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ex illa hora. B

Lucas cap.7.A.B.

CVm autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum Centurionis autem cuiuſdam ſeruus male habens, erat moriturus: qui illi erat precioſus. Et cum audiſſet de IESV, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, et ſanaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad IESVM, rogabant eum ſollicite dicentes ei. Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, et ſynagogam, ipſe ædificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis, Et cum iam non longe eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens. Domine, noli vexari. Non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres. propter quod et meipſum, non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. A

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic: vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito, I E S V S miratus eſt: & conuerſus, ſequẽtibus ſe turbis dixit, Amen dico vobis nec in Iſrael tantam fidem inueni. Et reuerſi qui miſſi fuerant domum: Inueńerunt ſeruum qui lãguerat, ſanum.

Rubrica. xxxvii. de vnico filio viduæ in Naym ciuitate ſuſcitato.

Lucas ſolus cap. 7. B. C

B 
T FACTVM EST: deinceps ibat I E S V S in ciuitatem quæ vocatur Naym: & ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri ſuæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eã, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabãt, ſteterunt, Et ait, Adoleſcẽs tibi dico, ſurge, & reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. Accepit autẽ omnes timor: & magnificabant deum, dicentes. Quia propheta magnus ſurregit in nobis, & quia deus vi-

ſitauit plebem ſuam. Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæam, de eo & omnem circa regionem.

Rubrica.xxxviii.de duobus ſequi chriſtum volentibus quorum vni CHRISTVS dixit vulpes foueas habent &c. Alteri ſequere me & ſine mortuos ſepelire mortuos. Math. Luc.

Mathæus cap.8.C



IDENS autem IESVS turbas multas circum ſe, Iuſſit diſcipulo ire trans fretum. Et accedens vnus ſcriba ait illi. Magiſter, ſequar te quocũque ieris. Et dicit ei IESVS, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos. filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autem de diſcipulis eius, ait illi. Domine permitte me primum ire & ſepelire patrem meum. IESVS autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. C


Lucas cap.9.G.

FACTVM EST AVTEM: ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum. Sequar te quocunque ieris. Dicit illi IESVS. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem G

homnis non habetvbi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Domine permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum. Dixitque ei I E S V S. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aũt vade, & annuncia regnũ dei et ait alter. Sequar te domine: sed permitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum I E S V S. Nemo mittẽs manũ suam ad aratrũ & aspiciens retro, aptus est regno dei.

Rubrica.xxxix.de procellarum maris quietatione imperante IESV ventis & mari. Math.Marc.Lucas.

Mathæus cap. 8.D

D 
T ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eum discipuli eius: & suscitauerunt eum dicentes. Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis IESVS. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt dicẽtes. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei.

Marcus cap. 4. D.

ET ait illis in illa die, cum sero esset factum. Transeamus contra. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui.& aliæ naues erãt cum illo. Et facta est procella magna venti:& fluctus mittebat in nauim: ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens:& excitant eum,& dicunt illi. Magister, non ad te pertinet quia perimus? Et exurgẽs comminatus est vento,& dixit mari. Tace, obmutesce. Et cessauit ventus:& facta est trãquillitas magna. Et ait illis quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerũt timore magno,& dicebant ad alterutrum. Quisputas est iste, quia & ventus & mare obediunt ei. D

Lucas cap.8.D.

FActum est autem in vna dierum:& ipse ascendit in nauiculam,& discipuli eius,& ait ad illos, Transfretemus trãs fluuium. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit:& descẽdit procella venti in stagnum,& complebantur & periclitabantur. Accedentes aũt suscitauerũt eum dicentes. Præceptor perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ:& cessauit:& facta est tranquillitas. Dixit autem illis vbi est fides vestra? Qui timẽtes mirati sunt, ad inuicem dicentes. Quisputas hic est, quia & ventis & mari imperat,& obediũt ei? D

Rubrica. xl. de duobus dæmoniacis in monumentis latentibus à IESV in gerase- norum regione curatis dæmonibus in porcorũ gregem intrantibus. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap. 8. D

D ET CVM venisset IESVS trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes seni nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi IESV fili dei? Venisti huc ante tẽpus torquere nos? Erat autem non longe ab illis Grex multorum porcorum pascens. Dæmones rogabãt eum dicentes. Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorũ. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes, abierũt in porcos. & ecce, magno impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores aũt fugerunt: & venientes in ciuitatem, nunciaue- runt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam IESV. Et viso eo, rogabant eum vt transiret a finibus eorum.

Marcus cap. 5. A. B.

A ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de Nam statim

occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis, & neque cathenis iam quiſquam poterat eum ligare: quoniã ſæpe compedibus & cathenis vinctus, dirupiſſet cathenas,& compedes comminuiſſet,& nemo poterat eum domare,& ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamans & concidens ſe lapidibus. Videns aũt I E S V M a longe,cucurrit & adorauit eum: & clamans voce magna dixit. Quid mihi & tibi I E S V fili dei altiſſimi? adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei. Legio mihi nomẽ eſt: quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem. Erat aũt ibi circa montem grex porcorum magnus, paſcens in agris. Et deprecabantur eum ſpiritus dicentes. Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim IESVS. Et exeuntes ſpiritus immũdi, Introierũt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſũt in mari. Qui autem paſcebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet factum: & venerunt ad I E S V M. & vident illum qui à dæmonio vexabatur, ſedentem veſtitum, & ſanæ mentis: & timuerũt. Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat: & de porcis. Et rogare

cœperunt eum vt discederet de finibus eorum. Cũque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui a dæmonio vexatus fuerat vt esset cum illo & non admisit eum, sed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quãta sibi fecisset IESVS, & omnes mirabantur.

Lucas cap. 8. D. E. F

D ET nauigauerunt ad regionem Gerasenorũ, quæ est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terram: occurrit illi vir quidã qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit IESVM. procidit ante illũ, & exclamãs voce magna dixit. Quid mihi & tibi est IESV fili dei altissimi? obsecro te ne me torqueas: Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur cathenis, & compedibus custodiens: & ruptis vinculis agebatur á dæmonio in deserto. Interrogauit autem illũ IESVS dicens. Quod tibi nomen est? At ille dixit. Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis

in illos in gredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnũ, & suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nunciauerunt in ciuitatem & invillas. Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad IESVM. & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerunt aũt illis & qui viderant, quomodo sanus factus fuisset à Legione: Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorũ, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse aũt ascendens nauim reuersus est. Et rogauit illum vir, à quo dæmonia exierant vt cum eo esset. dimisit autem eum IESVS dicens. Redi in domũ tuã, & narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per vniuersam ciuitatẽ prædicans quanta illi fecisset IESVS.

Rubrica. xiiii. de paralytico in lecto IESV oblato. Cui dicit confide fili remittuntur tibi peccata tua de quo murmurantibus scribis sanauit eum iussit surgere & ferre grabatum in domum suam. Math. Marc. Luc.

Math. cap. 9. A

ET ASCENDENS IESVS in nauiculã, transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto, A

Et vidēs I E S V S fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset I E S V S cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere. Surge & ambula? vt autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tūc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerūt & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Marcus cap. 2. A.B.

A ET iterum intrauit Capharnaum post dies, &
auditum est quod in domo esset, & confestim
conuenerunt multi, ita vt non caperent neque ad
ianuam, & loquebatur eis verbum. Et venerunt ad
eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portaba-
tur. Et cum non possent offerre eum illi præ turba,
nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes sub-
miserunt grabatū in quo paralyticus iacebat. Cum
autem vidisset I E S V S fidem illorum, ait paraly-
tico. Fili, dimittūtur tibi peccata tua. Erant autem
B illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in
cordibus suis. Quid hic sic loquitur? blasphemat.
Quis pōt dimittere peccata, nisi solus deus? Quo
statim cognito I E S V S spiritu suo, quia sic cogi-

tarẽt intra se, dixit illis. Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico. Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere. Surge, tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico.) Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille: & sublato grabato, abiit inde coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent deum, dicentes. Quia nunquam sic vidimus. Et egressus est rursus ad mare, omnisq; turba veniebat ad eum, & docebat eos.

Lucas cap.5.D.E.

ET factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes & legis doctores qui venerãt ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem, & virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eũ inferre, & ponere ante eũ. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante IESVM. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Vt cognouit autem IESVS cogitationes eorum. Respõdens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? D

E Quid est facilius dicere, dimittűtur tibi peccata, an dicere. Surge, & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico.) Tibi dico surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim cősurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant deum. Et repleti sunt timore, dicentes. Quia vidimus mirabilia hodie.

Rubrica.xlii.de filię Iairi archisynagogi suscitatione, Emorroissęque mulieris (ea vestimenti I E S V tangente fimbriam) sanationę. Math. Mar. Luc.

Mathæus cap. 9.C.

C AEC ILLO loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens. Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum super eam, & viuet. Et surgens I E S V S, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxű patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At I E S V S conuersus & videns eam, dixit. Confide filia, Fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et

cum venisset IESVS in domum principis,& vidisset tibicines & turbam tumultuantem,dicit illis.Recedite:non est enim mortua puella,sed dormit.Et deridebant eum,Et cũ eiecta esset turba,intrauit:& tenuit manum eius,& dixit. Puella surge. Et surrexit puella.Et exiit fama hec in vniuersam terram.

Marcus cap.5 C.D.

ET cum transcendisset IESVS in naui rursum trans fretum,cõuenit turba multa ad eũ, & erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis,nomine Iairus,& videns eum procidit ad pedes eius,& deprecabatur eum multũ dicens.Quoniam filia mea in extremis est. Veni, impone manum tuam super eam, & salua sit & viuat. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebãt eũ. Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis xii,& fuerat multa perpessa à cõpluribus medicis,& erogauerat omnia sua, nec quicquã profecerat,sed magis deterius habebat.Cumq; audisset de IESV, venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius,dicebat enim.Quia si vel vestimentum eius tetigero,salua ero.Et confestim siccatus est fons sanguinis eius & sensit in corpore quia sanata esset à plaga.Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutẽ quæ exierat à se,conuersus ad turbã aiebat.Quis tetigit vestimenta mea?

Et dicebant ei discipuli sui. Vides turbam comprimentem te,& dicis. Quis me tetigit? Et circunspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier vero timens & tremens,sciens quod factum esset in se: venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem verita
D tem. Ille autem dixit ei. Filia,fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuncii ab archisynagogo,dicentes. Quia filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum? I E S V S autem audito verbo quod dicebatur,ait archisynagogo. Noli timere,tantûmodo crede. Et nõ admisit quenquam se sequi,nisi Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archisynagogi,& vidit tumultum,& flentes,& eiulantes multum. Et ingressus ait illis. Quid turbamini & ploratis? puella nõ est mortua,sed dormit. Et irridebant eum,ipse vero eiectis omnibus,assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant,& ingrediuntur vbi puella erat iacẽs. Et tenẽs manũ puellæ,ait illi. Talitha Cumi,quod est interpretatum,Puella (tibi dico) surge. Et confestim surrexit puella,& ambulabat. erat autem annorum duodecim. Et obstupuerũt stupore magno, & præcepit illis vehementer,vt nemo id sciret, & iussit dari illi manducare.

Lucas cap.8.F.G.

F FActum est autem,cum rediisset I E S V S,excepit illum turba,erant autem omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui nomen Iairus,& ipse

princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes IESV rogans eum vt intraret in domum eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædã erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari, accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius, Et ait I E S V S. Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant. Præceptor, turbæ te cõprimunt et affligunt: et dicis, Quis me tetigit? Et dixit I E S V S. Tetigit me aliquis, nam et ego noui virtutem de me exiisse. Videns autem mulier quia non latuit: tremens venit, et procidit ante pedes eius, et ob quam causam tetigerit eum Iudicauit coram omni populo, et quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei. Filia, fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidã à principe synagogæ, dicẽs ei. Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. I E S V S autem audito hoc verbo, Respõdit patri puellæ. Noli timere crede tantum, et salua erit. Et cum venissent domum, non permisit intrare secum quenquã, nisi Petrum et Iacobum et Ioannem, et patrem et matrem puellæ, flebant autem omnes et plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem tenens manum eius G

C clamauit, dicens. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo, & iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius: quibus praecepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Rubrica.xliii.de duobus caecis dicente IESV, Secundum fidem vestram fiat vobis statim illuminatio.

Mathaeus solus cap.9.D.

ET transeunte inde IESV, secuti sunt eum duo caeci clamantes & dicentes. Miserere nostri fili Dauid.
D Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum caeci. Et dicit eis IESVS. Creditis quia hoc possim facere vobis? Dicũt ei. Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorũ, dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis IESVS, dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Rubrica.xliiii.de praecepto dato apostolis missis dominum rogare, vt in messem operarios mittat. Math. Luc.

Mathaeus cap.9.D.



IDENS autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidē multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. B

Lucas cap.10.A.

ET dicebat illis. Messis quidem multa, operarii autem, pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. A

Rubrica.xlv. de duodecim apostolorum ad prædicandum missione, & eorum informatione, & sibi data autoritate, deq; eos rcipientium mercede. Math. Mar. Luc.

Mathæus cap.10.A.B.C.D.

HOS duodecim misit IESVS præcipiens eis, dicens. In viā gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, sed potius ad oues quæ perierūt domus Israel. Eūtes autē prædicate, dicētes. Quia appropinquauit regnū cœlorū. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mūdate, dæmōes eiicite. gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurū, neq; argētū, neq; pecuniā ī zonis vestris, nō perā in via, neq; duas tunicas, neq; calceamēta, neq; virgā. dignus enim est operarius cibo suo. In quācūq; aūt ciuitatē aut castellum intra= A

ueritis. Interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi ma
nete, donec exeatis. Intrantes autem in domũ ſalu
tate eam dicentes. Pax huic domui. Et ſiquidem
fuerit domus digna, veniet pax veſtra ſuper eam, ſi
autem non fuerit digna: pax veſtra reuertetur ad
vos. Et quicunque non receperit vos, neq; audierit
ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel ci=
uitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen
dico vobis. tolerabilius erit terræ Sodomorum &
Gomorrheorum in die iudicii, quàm illi ciuitati. Ec
ce ego mitto vos, ſicut oues in medio Luporũ. Eſto
te ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut
columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent
enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagella=
bunt vos: & ad præſides & reges ducemini propter
C me, in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem
tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid lo
quamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid lo=
quamini. Non enim vos eſtis qui loquimini ſed ſpi
ritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet au
tem frater fratrẽ in mortem, & pater filium: & in=
ſurgent filii in parentes: & morte eos afficient, &
eritis odio omnibus hominibus propter nomen
meum, qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic
ſaluus erit. Cum autem perſequentur vos in ciuita
te iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non con=
ſummabitis ciuitates Iſrael donec veniat filius ho
minis. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſer
uus ſuper dominũ ſuũ. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut

magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patrē familiās Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod nō reueletur: & occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est, qui autem negauerit me coram hominibus: negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. non veni pacem mittere: sed gladiū: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet illam, & qui perdiderit animam suam propter me, Inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit;

C

G

& qui me recipit,recipit eum qui me misit. Qui re
cipit prophetam in nomine prophetæ: mercedem
prophetæ accipiet.& qui recipit iustum in nomine
iusti mercedem iusti accipiet. Et quicunque potum
dederit vni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ, tã
tum in nomine discipuli: amen dico vobis non per
det mercedem suam: Et cap.secundo A. Et factũ
est: cum consummasset IESVS præcipiens duode=
cim discipulis suis,transiit inde,vt doceret & præ=
dicaret in ciuitatibus eorum.

Marcus cap.6.B.

B ET vocauit duodecim: & cœpit eos mittere bi
nos,& dabit illis potestatem spirituum immũ
dorũ.Et præcepit eis nequid tollerẽt in via,nisi vir
gam tantum: non peram,non panem,neque in zo
na æs, sed calceatos sandaliis,& ne induerẽtur dua
bus tunicis.Et dicebat eis. Quocunque introieritis
in domum,illic manete donec exeatis inde,& qui=
cunque non receperint vos, nec audierunt exeun=
tes Inde,excutite puluerem depedibus vestris in te
stimonium illis. Et exeuntes prædicabant vt pœ=
nitentiam agerent: & dæmonia multa eiiciebant,
& vngebant oleo multos ægros & sanabantur.

Lucas cap.9.A.


A CONVOCATIS AVTEM IE=
SVS duodecim apostolis,dedit illis virtu=

tem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia,& vt lãguores curarent. Et miſit illos prædicare regnum dei,& ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via,neque virgam,neque peram, neque panem,neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete:& Inde exeatis. Et quicunque non receperunt vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circumibant per caſtella: euangelizantes & curantes vbique. Et Cap.duodecimo. B. Nihil enim opertum eſt quod non reueletur: neque abſconditum quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, In lumine dicentur, & quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus,& poſt hæc non habent amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui poſtquam occiderit,habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque paſſeres væneunt dipondio: & vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis. Dico autem vobis, omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus; & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei:

qui autem negauerit me coram hominibus ne=gabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit ver=bum in filium hominis, remittetur illi: Ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remitte=tur. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse quali ter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid opor=teat vos dicere.

Rubrica. xlvi. de Ioannis in carcere ad IESVM per discipulos interrogatione. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? deque IESV per miracula responsione & abeo Ioan=nis commendatione Math. Luc.

Mathæus cap. 11 A.B.C

A OANNES AVTEM cum audisset in vinculis opera CHRI=STI: mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui vēturus es, an alium expectamus? Et respōdens IESVS ait illis. Euntes, Renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. cæci vident, claudi ambulant, leprosi mun=dātur, surdi audiunt mortui resurgūt, pauperes euā gelizantur. & beatus est qui non fuerit scandaliza tus in me. illis autem abeuntibus cœpit IESVS di cere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videra? arundinem vento agitatam? Sed quid exi=

ſtis videre?hominem mollibus veſtitum? Ecce qui
mollibus veſtiuntur,in domibus regum ſunt. Sed
quid exiſtis videre prophetā? Etiam dico vobis &
pluſquam prophetam?Hic eſt enim dequo ſcriptum B
eſt.Ecce ego mitto angelum meum ante faciem
tuam,qui præparabit viam tuam ante te. Amen di-
covobis,non ſurrexit inter natos mulierum maior
Ioanne baptiſta qui autem minor eſt in regno cœ-
lorum,maior eſt illo. A diebus autem Ioannis ba-
ptiſtæ vſque nunc regnum cœlorum vim patitur,&
violēti rapiunt illud.Omnes enim prophetæ & lex
vſque ad Ioannem prophetauerunt. Et ſi vultis re
cipere, Ipſe eſt El ias qui venturus eſt. Qui habet
aures audiendi,audiat. Cui autem ſimilem æſtima
bo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſeden-
tibus in foro, qui clamantes coæqualibus ſuis di-
cunt. Cecinimus vobis & non ſaltaſtis: lamentaui
mus, & non planxiſtis. Venit enim Ioannes ne-
que manducans neque bibens, & dicunt. Dæmo- C
nium habet. Venit filius hominis manducans &
bibens: & dicūt. Ecce homo vorax & potator vini,
publicanorum & peccatorum amicus. Et iuſtifica-
ta eſt ſapientia a filiis ſuis.

Lucas cap.7.C.D.E.

ET NVNCIAVERVNT Ioan- C
ni diſcipuli eius de omnibus his, & conuo-
cauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes: & mi-

ſit ad IESVM,dicens. Tu es qui venturus es,an a=
lium expectamus? Cum autem veniſſent ad eum
viri,dixerunt: Ioannes baptiſta miſit nos ad te, di=
cens. Tu es qui venturus es: an alium expectamus?
In ipſa autem hora multos curauit à languoribus
ſuis & plagis,& ſpiritibus malis: & cæcis multis do=
nauit viſum. Et reſpondens,dixit illis. Euntes renũ
ciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis, Quia cæci vi=
dent,claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi au
diunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur:
& beatus eſt quicunque non fuerit ſcandalizatus
in me. Et cum diſceſſiſſent nuncii Ioannis,cœpit
de Ioanne dicere ad turbas. Quid exiſtis in deſer=
tum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid
exiſtis videre? hominem mollibus veſtimentis in=
dutum? Ecce qui in veſte precioſa ſunt & deli=
ciis in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis vide=
re? prophetam? Vtique dico vobis & pluſquam pro
phetam. Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce mitto
angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit
viam tuam ante te, Dico enim vobis,maior in=
ter natos mulierum propheta Ioanne baptiſta ne=
mo eſt, qui autem minor eſt in regno dei, maior
eſt illo. Et omnis populus audiens & publicani
B. iuſtificauerunt deum, baptizati baptiſmo Ioannis.
Phariſæi autem & legis periti,conſilium dei ſpreue
runt in ſemetipſos, nõ baptizati ab eo. Ait autem
dominus. Cui ergo ſimiles dicam homines gene=

rationis huius: & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus. Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis, lamentauimus & non plorastis, Venit autem Ioannes baptista neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis. Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens & dicitis. Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Et cap.16. D. Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem. ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.

Rubrica.xlvii.de Magdalenæ peccatricis lachrimys & pœnitentia: discúbente IESV in domo Simonis Pharisæi quē intra se murmurantē duorum debitorū exemplo corripuit. Et mulieri dixit remittuntur tibi peccata &c.

Lucas solus cap.7.F.G



ROGABAT AVTEM illum quidá de pharisæis vt manducaret cū illo. Et ingressus domū Pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. vt cognouit quod IESVS accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro, secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & F

vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret vtiq; quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens IESVS, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habētibus illis vnde redderent: donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simon, dixit. Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti? Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mu-
G lierem? intraui in domum tuam, aquā pedibus meis non dedisti: hæc aūt lachrymis rigauit pedes meos & capillis suis tersit. Osculum mihi nō dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autē vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittūtur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accūbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua, te saluam fecit, vade in pace.

Rubrica. xlviii. de Ioannis occisione, Herodiadis filia caput illius sibi in disco dari petente. Math. Marc.

Mathæus cap. 14. B.



IE autem natalis Herodis,saltauit fi B
lia Herodiadis in medio, & placuit
Herodi. Vnde cum iuramento polli
citus est ei dare quodcunq; postulas-
set ab eo. At illa præmonita à matre
sua. Da mihi (inquit) hic in disco caput Ioannis Ba-
ptistæ. Et contristatus est rex. Propter iuramentum
autem & eos qui pariter recumbebant, iussit dari.
Misitq; & decollauit Ioannem in carcere. Et alla-
tum est caput eius in disco, & datum est puellæ, &
illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius,
tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & venien
tes nunciauerunt IESV. Quod cum audisset IE
SVS, secessit inde in nauicula, in locum desertum
seorsum.

Marcus cap.6.C.D.

ET cum dies oportunus accidisset, Herodes na C
talis sui cœnam fecit principibus & tribunis,
& primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius He-
rodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque
recumbentibus, rex ait puellæ. Pete à me quod vis
& dabo tibi, & iurauit illi. Quia quicquid petieris
dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. Quæ cũ exiisset,
dixit matri suæ. Quid petã? At illa dixit. Caput Ioã
nis Baptistæ. Cumq; introisset, statim cum festina-
tione ad regẽ petiuit, dicens, Volo vt protinus des
mihi in disco, caput Ioannis Baptistæ. Et contrista
tus est rex, Propter iusiurandum, & propter simul di
scumbẽtes, noluit eam contristare, sed misso spicu-

latore præcepit afferri caput eius in disco,& decollauit eũ in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius,& posuerunt illud in monumento.

Rubrica.xlix.de probatica piscina, & de paralytico trigintaocto annorũ ibi sabbato à I E S V sanato,qui & murmurantes super hoc Iudæos cõuicit,dicens eis,pater meus, vsque modo operatur & ego operor &c.Ioannes solus cap.5. A.B.C.D.E.F.G.

A OST hæc erat dies festus Iudæorũ, & ascendit I E S V S Hierosolymã. Est autem Hierosolymis in Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè, Bethsaida quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiũ, cæcorũ,claudorũ,aridorũ expectantiũ aquæ motũ. Angelus aũt domini descẽdebat secundũ tẽpus in piscinã,& mouebatur aqua. Et qui primus descẽdisset in piscinã post motionẽ aquæ sanus fiebat à quacũq; detinebatur infirmitate. Erat aũt quidã homo ibi triginta & octo annos habẽs in infirmitate sua: Hũc cum vidisset I E S V S iacentẽ,& cognouisset quia iam multũ tẽpus haberet,dicit ei. Vis sanus fieri.

B Respõdit ei lãguidus. Domine hominẽ non habeo,vt cũ turbata fuerit aqua mittat me in piscinã, dũ venio enim ego,alius ante me descẽdit. Dicit ei

IESVS. Surge, tolle grabatũ tuum & ambula. Et
statim sanus factus est hõ ille, & sustulit grabatũ suũ
& ambulabat. Erat aũt sabbatũ in die illo, dicebãt
ergo Iudæ illi, qui sanatus fuerat. Sabbatũ est, nõ li
cet tibi tollere grabatũ tuũ. Respõdit eis. Qui me
sanũ fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatũ tuũ & am=
bula. Interrogauerunt ergo eũ. Quis est ille hõ qui
dixit tibi, tolle grabatũ tuũ & ambula? Is aũt qui sa
nus fuerat effectus, nesciebat quis esset. IESVS e=
nim declinauit à turba cõstituta in loco. Postea in
uenit eũ IESVS, & dixit illi. Ecce sanus factus es, iã C
noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat. Abiit
ille hõ, & nũciauit Iudæis quia IESVS esset qui fe
cit eũ sanum. Propterea persequebantur Iudæi IE=
SVM, quia hæc faciebat in sabbato. IESVS aũt
respõdit eis. Pater meus vsq; modo operatur, & ego
operor. Propterea ergo magis quærebant eũ Iudæi
interficere, quia nõ solũ soluebat sabbatũ, sed & pa
trẽ suũ dicebat deũ, æqualẽ se faciẽs deo. Respõdit
itaq; IESVS, & dixit eis. Amẽ amen dico vobis, nõ
põt filius à se facere quicquã, nisi quod viderit patrẽ D
faciẽtẽ, quæcũq; enim ille facit. Hæc & filius simili=
ter facit. Pater enim diligit filiũ, et omnia demõstrat
ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei ope
ra, vt vos miremini. Sicut enim pater suscitat mor=
tuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. neq;
enim pater iudicat quẽquã, sed omne iudiciũ dedit
filio, vt oẽs honorificent filiũ, sicut honorificant pa
trẽ, qui nõ honorificat filiũ, nõ honorificat patrẽ qui

misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbũ
meũ audit & credit ei qui misit me, habet vitã æter
nam, & in iudiciũ non venit, sed transiit à morte in
vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora, &
nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, &
qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam
in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in se=
metipso, & potestatẽ dedit ei iudicium facere. Quia
E filius hominis est, nolite mirari hoc: quia venit ho=
ra in qua omnes qui in monumentis sunt, audient
vocem filii dei, & procedent qui bona fecerunt, in
resurrectionẽ vitæ: qui vero mala egerunt, in re
surrectionem iudicii. Non possum ego à meipso fa
cere quicquã. Sicut audio, iudico, & iudicium meũ
iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed
voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium
perhibeo de me, testimonium meum non est verũ.
Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio
quia verum est testimonium eius quod perhibet de
me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium per=
hibuit veritati. Ego autẽ non ab homine testimo=
nium accipio, sed hæc dico, vt vos salui sitis, ille e=
F rat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis
ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo
testimonium maius Ioannis. Opera enim quæ de=
dit mihi pater, vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego
facio, testimonium perhibẽt de me, quia pater misit
me, & qui misit me pater, ipse testimonium perhi=
buit de me, neq; vocem eius vnquam audistis, neq;

speciem eius vidistis,& verbum eius non habetis in vobis manens: quia quē misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illę sunt quæ testimonium perhibent de me,& non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non G
accipio, Sed cognoui vos, quia dilectionem dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei,& non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam abinuicem accipitis,& gloriam quæ à solo deo est: nō quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrē, est qui accusat vos, Moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis nō ceditis: quomodo verbis meis credetis?

Rubrica.l. de apostolorū ad IESVM reditu quæcunq; egerant & docuerant nūciantium,& de quinq; panum & duorum piscium in deserto multiplicatione &c. Mathæus, Marcus, Lucas, Ioannes.

Mathæus cap.14.B.C.



ET CVM audissent turbæ, secutæ B
sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis,& curauit lāguidos eorum. Vespere autem facto, accesse-

runt ad eum discipuli eius, dicentes. Desertus est lo
cus, & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt euntes
in castella, emant sibi escas. IESVS autē dixit eis.
Non habent necesse ire, date illis vos manducare.
Responderunt ei. Non habemus hic nisi quinq; pa
nes & duos pisces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc
Et cum iussisset turbā discumbere super fœnum: ac
ceptis quinq; panibus & duobus piscibus, aspiciens
in cœlum, benedixit, & fregit, & dedit discipulis pa
C nes, discipuli autē, turbis, & manducauerunt omnes
& saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim co
phinos fragmentorū, plenos. Manducantium autē,
fuit numerus quinq; milia virorū, exceptis mulieri-
bus & paruulis. Et statim cōpulit IESVS discipu-
los ascendere in nauiculam & præcedere eum trās
fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba,
ascendit in montem solus orare.

Marcus cap. 6. D. E. F.

D ET cōuenientes apostoli ad IESVM, renun
ciauerunt ei omnia quæ egerant & docuerāt.
Et ait illis. Venite seorsum in desertum locū, & re-
quiescite pusillum. Erāt enim qui veniebant & re-
dibant multi, & nec spaciū manducandi habebāt.
Et ascendentes in nauim, abierunt in desertū locū
seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerūt
multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurre
runt illuc, & præuenerunt eos. Et exiens vidit tur-
bam multam IESVS & misertus est super eos,
quia erāt sicut oues non habentes pastorem, & cœ

pit illos docere multa. Et cum iam hora multa fie=ret, accesserunt discipuli eius dicentes. Desertus est locus hic, & iã hora præterijt dimitte illos, vt eũtes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent. Et respondẽs ait illis. Date illis mãdu=care. Et dixerunt ei. Euntes emamus ducentis de=nariis panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ite & videte. Et cum co=gnouissent, dicunt. Quinq;, & duos pisces. Et præce pit illis, vt accumbere facerẽt omnes secundum cõ tubernia super viride fœnum. Et discubuerunt in partes, per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus, & duobus piscibus, intuens in cœlũ benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerẽt ante eos, & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et su=stulerunt reliquias, fragmẽtorum duodecim cophi nos plenos, & de piscibus. Erant autẽ qui mandu=cauerant, quinq; milia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascẽdere nauim, vt præcederent eũ trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populũ. Et cũ dimisisset eos, abiit in montẽ orare. F

Lucas cap. 9. B.

ET reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcũq; fe cerunt, & assumptis illis secessit seorsum in lo cũ desertũ, qui est Bethsaide. Quod cũ cognouis=sent turbæ, secutæ sunt illũ, & excepit eos, & loque batur illis de regno dei, & eos qui cura ĩdigebãt, sa nabat. Dies aũt cœperat declinare. Et accedentes B

duodecim,dixerũt illi. Dimitte turbas vt euntes in castella villasq; quæ circa sunt. Diuertãt & inueniãt escas,quia hic in loco deserto sumus. Ait aũt ad illos. Vos date illis mãducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusquã quinq; panes & duo pisces: nisi forte nos damus & emamus in omnẽ hãc turbam, escas. Erant autem ferè viri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per communia quinquagenos. Et ita fecerunt,& discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus ,suspexit in cælum & benedixit illis: & fregit & distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes,& saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Ioannes cap.6.A.B.

A POST hæc abiit IESVS trans mare Galilææ quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna,quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem IESVS.& ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha,dies festus Iudæorum. Cum subleuasset ergo oculos IESVS,& vidisset quia multitudo maxima venit ad eum,dicit ad Philippum. Vnde ememus panes vt mãducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat? Dicit ei vnus ex discipulis

eius Andræas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo IESVS. facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo IESVS panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerũt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinque panibus ordeaceis quæ super fuerunt his qui mãducauerãt. Illi ergo homines cũ vidissent quòd IESVS fecerat signum, dicebant. Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mũdũ. IESVS ergo cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montẽ ipse solus.

Rubrica. li. de crescente IESV fama qua Herodes Ioannẽ à mortuis surrexisse asserebat volẽs videre eum. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap. 14. A



N ILLO tempore audiuit Herodes tetrarcha famã IESV & ait pueris suis, hic est Ioannes Baptista. Ipse surrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. A

Marcus cap. 6. B. C.

ET audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat. Quia Ioannes baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alii aũt dicebant. Quia Elias est. Alii vero dicebāt. Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito, herodes ait. Quē ego decollaui Ioannem hic à mortuis surrexit.

Lucas cap. 9. A. B.

A AVdiuit aũt Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam. Quia Ioannes surrexit à mortuis. à quibusdā vero. Quia Elias apparuit. ab aliis aũt.
B Quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Ioannem ego decollaui, quis est aũt iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Rubrica. lii. de IESV supra mare ambulante. Et submergentis Petri liberatione cui dixit Modicæ fidei quare dubitasti. Mathæus. Marc. Ioan.

Math. cap. 14. C. D

C 
Espere autem facto solus erat ibi, nauicula antem in medio mari Iactabatur fluctibus. erat enim cōtrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et vidētes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes. quia phantasma est. Et pre timore

clamauerunt, Statimque IESVS locutus est eis di
cens. Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Res
pondens autem petrus dixit. Domine si tu es, Iube
me ad te venire super aquas. At ipse ait. Veni. Et,
descendens Petrus de nauicula, ambulabat super
aquam vt veniret ad IESVM. Videns vero ven-
tum validum, timuit, & cum cœpisset mergi, clama
uit dicens. Domine, saluum me fac. Et cõtinuo IE-
SVS extendens manũ, apprehendit eum: & ait illi.
Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset
in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in naui-
cula erant, venerunt & adorauerunt eum dicentes.
Vere filius dei es. Et cum transfretassent, venerunt
in terram Genesar. Et cum cognouissent eum viri
loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam,
& obtulerunt ei omnes male habentes: & rogabãt
eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent,
Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt.

Marcus cap. 6. G

ET CVM sero esset, erat nauis in medio ma G
ri, & ipse solus in terra. Et vidẽs eos laboran
tes in remigando (erat enim vẽtus contrarius eis)
& circa quartã vigiliam noctis venit ad eos ambu-
lans supra mare & volebat præterire eos. At illi vt
viderunt eũ ambulantẽ supra mare: putauerũt phã
tasma esse: & exclamauerũt. Omnes enim viderunt
eum: & conturbati sunt. Et statim locutus est cum
eis, & dicit eis. Confidite, ego sum, nolite

timere. Et ascẽdit ad illos in nauim: & cessauit ven
tus. Et plus magis intra se stupebãt. Non enim in
tellexerunt de panibus, erat enim cor eorum obcæ
catum. Et cum transfretassent, venerunt in terram
Genesareth: & applicuerunt. Cũq; egressi essent de
naui: continuo cognouerunt eum: & percurrentes
vniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis
eos qui se male habebant circũferre vbi audiebãt
eum esse. Et quocũque introibat in vicos, vel in vil
las, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos & de
precabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius
tangerent & quotquot tangebant eum, salui fie-
bant.

Ioannes cap. 6. B. C.

B VT autem sero factum est, descenderunt di
scipuli eius ad mare. Et cum ascẽdissent na-
uim. venerunt trans mare in Capharnaum. & tene
bræ iam factæ erant: & nõ venerat ad eos IESVS.
Mare autem, vento magno flante exurgebat. Cum
remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut
triginta, vident IESVM ambulantẽ supra mare, &
proximum naui fieri, & timuerunt. ille autẽ dicit eis.
Ego sum, nolite timere, voluerunt ego accipere
eum in nauim: Et statim nauis fuit ad terram in
quam ibant.

Rubrica. liii. de CHRISTO inuitan te ad spiritualẽ cibum querẽdũ, quique se viuum de cœlo panẽ dixit descẽdisse atq; panẽ vitæ esse

panemque in eucharistiæ sacramento daturum qui vere caro sua est, quod nonnulli discipulorũ audientes murmurauerũt dicentes. Durus est hic sermo & quis potest eum audire retroque abierunt remanentibus duodecim apostolis quibus ait, ex vobis vnus diabolus est.

Ioannes solus cap. 6. C. D. E. F. G




LTERA die turba quæ stabat trãs mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi, nisi vna, & quia non introisset cũ discipulis suis IESVS in nauim, sed soli discipuli eius abiissent. aliæ vero superuenerũt naues a Tiberiade iuxta locũ vbi manducauerãt panẽ, gratias agentes deo. Cũ ergo vidisset turba quia IESVS non esset ibi neque discipuli eius ascẽderũt in nauiculas & venerũt Capharnaũ quærẽtes IESVM. Et cũ inuenissent eũ trans mare dixerũt ei. Rabbi, quãdo huc venisti? Respõdit eis IESVS, & dixit. Amẽ amẽ dico vobis, quæritis me nõ quia vidistis signa sȝ quia mãducastis ex panibus, & saturati estis, Operamini nõ cibum qui perit: sed qui permanet in vitam æternam quem filius hominis dabit vobis. hunc enim pater signauit deus. dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit IESVS, & dixit eis. Hoc est opus dei, vt credatis in eũ quẽ misit ille. Dixerũt ergo ei, quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerũt manna in deserto, sicut scriptũ est. Panẽ de C

cœlo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis IESVS. Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis IESVS. Ego sum panis vitæ. qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. Sed dixi vobis quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, nõ eiiciam foras. quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meã, sed volũtatem eius qui misit me. hæc est enim voluntas eius qui misit me, patris: vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est aũt voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium & credit in eũ, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset. Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi: & dicebant. Nonne hic est filius Ioseph, cuius non nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descẽdi? Respondit ergo IESVS & dixit eis. Nolite murmurare in inuicẽ, nemo põt venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit: venit ad me. Nõ quia patrẽ vidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic vidit

patrẽ. Amen amen dico vobis,qui credit in me, ha
bet vitam æternam.Ego ſum panis vitæ,Patres ve
ſtri mãducauerũt mãna in deſerto:& mortui ſunt.
hic eſt panis de cœlo deſcẽdẽs:vt ſi quis ex ipſo mã
ducauerit,non moriatur. Ego ſum panis viuus,qui
de cœlo deſcẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane,
viuet in æternum,Et panis quẽ ego dabo,caro mea
eſt: pro mũdi vita.litigabant ergo Iudæi adinuicẽ,
dicẽtes.Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam
dare ad manducandum?Dixit ergo eis IESVS.A=
men amen dico vobis,niſi manducaueritis carnẽ fi=
lii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habe= G
bitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnẽ
& bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam,
& ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.Caro enim
mea,verè eſt cibus:& ſanguis meus,verè eſt potus,
qui manducat meam carnem & bibit meum ſan=
guinẽ,in me manet,& ego in illo.Sicut miſit me vi
uẽs pater,& ego viuo propter patrẽ: & qui mandu
cat me:& ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui
de cœlo deſcendit.Non ſicut manducauerunt pa=
tres veſtri manna:& mortui ſunt. Qui manducat
hũc panẽ viuet in æternum,hæc dixit in ſynagoga,
docẽs in Capharnaum.Multi ergo audiẽtes ex di=
ſcipulis eius,dixerunt. Durus eſt hic ſermo, & quis
poteſt eũ audire? Sciens autem IESVS apud
ſemetipſum quia murmurarent de hoc diſcipu=
li eius dixit eis. Hoc vos ſcandalizat? Si er=
go videritis filium hominis aſcendentem,

vbi erat prius: Spiritus est qui viuificat, caro nõ pro
dest quicquam, verba quæ ego locutus sum vobis,
spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui
non credunt. Sciebat enim ab initio IESVS qui es
sent credẽtes, & quis traditurus esset eũ. Et dicebat.
Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad
me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc, multi
discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum
illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duode-
cim. Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo
ei Simon Petrus. Domine, ad quem ibimus? verba
vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognoui-
mus quia tu es CHRISTVS filius dei, Respõ-
dit ei IESVS. Nonne ego vos duodecim elegi,
& ex vobis vnus diabolus est. Dicebat autem de Iu
da Simonis Iscariote. Hic enim erat traditurus eũ
cum esset vnus ex duodecim.

Rubrica.liiii.de septuaginta duorum discipulorum electione, quos erudiens binos & binos misit. Lucas solus cap.10.A.B.

A OST hæc autem designauit domi-
nus, & alios septuaginta duos, & mi-
sit illos binos ante faciẽ suam, in om
nem ciuitatem, & locum quo erat ip
se venturus. Et dicebat illis. Messis
quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo
dominũ messis, vt mittat operarios in messem suã.
Ite, ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos, No

lite portare sacculum,neque peram,neque calceamenta,& neminem per viam salutaueritis.In quancunq; domum intraueritis,primum dicite.Pax huic domui,& si ibi fuerit filius pacis,requiescet super illum pax vestra,sin autem,ad vos reuertetur, in eadem autē domo manete,edentes & bibentes quæ apud illos sunt.Dignus est enim operarius mercede sua.Nolite transire de domo in domum. Et in quancunq; ciuitatē intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis,& curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis. Appropinquabit in vos regnum dei, in quancunq; autem ciuitatem intraueritis,& non susceperint vos,exeuntes in plateas eius,dicite. Etiam puluerem quæ adhæsit nobis de ciuitate vestra,extergimus in vos,tamē hoc scitote,quia appropinquauit regnum dei.Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. B

Rubrica.lv.de exprobratione & maledictione ciuitatum,in quibus IESVS prædicando virtutes operatus est. Math.Luc.

Mathæus cap.11.C.D.



VNC cœpit exprobrare ciuitatibus,in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius,quia nō egissent pœnitentiam. Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida,quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis,ol... C

in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verunta mē dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die
D iudicii, quàm vobis. Et tu Capharnaũ, nunquid vsq; in cœlum exaltaberis? vsq; in infernum descendes, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hãc diem. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quàm tibi.

Lucas cap. 10. C.

C VAe tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterēt. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capharnaum, vsq; ad cœlũ exaltata, vsq; ad infernũ demergêris. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.

Rubrica. lvi. de dæmoniaco, cęco, surdo, & muto, quē curauit IESVS. Vnde mirantibus turbis Pharisæi miraculũ calũniantes dixerũt, In Beelzebub principe dæmoniorũ, eiicit dæmonia &c. Math. Marc. Luc. Math, cap. 9. D.

D EGRESSIS autem illis, ecce obtulerunt ei hominē mutum, dæmoniũ habentē, & eiecto dæmonio, locutus est mutus. Et miratæ sũt turbæ, dicētes. Nunquam apparuit sic in Israel.

Pharisæi aũt dicebant,in principe dæmoniorũ, eii-
cit dæmones.Et circuibat IESVS oẽs ciuitates &
castella,docens in synagogis eorũ,& prædicãs euã-
gelium regni,& curans omnẽ languorẽ,& omnem
infirmitatẽ. Et cap.12.B.C.D. Tunc oblatus est B
ei dæmoniũ habens,cæcus & mutus, & curauit eũ,
ita vt loqueretur & videret,& stupebãt oẽs turbæ,&
dicebãt.Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi aũt
audiẽtes,dixerũt.Hic nõ eiicit dæmones,nisi in Be-
elzebub principe dæmoniorũ.IESVS aũt sciẽs co
gitationes eorũ,dixit eis.Omne regnũ diuisum cõ-
tra se,desolabitur,& omnis ciuitas,vel domus diui
sa cõtra se,nõ stabit.Et si satanas satanã eiicit, ad-
uersus se diuisus est,quõ ergo stabit regnũ eius?Et si
ego in Beelzebub eiicio dæmones, filii dei in quo
eiiciũt?Ideo ipsi,iudices vestri erũt.Si aũt ego in spũ
dei eiicio dæmones,Igitur peruenit in vos regnum
dei.Aut quõ põt quisquã intrare in domũ fortis, &
vasa eius diripere,nisi prius alligauerit fortẽ,& tũc
domũ illius diripiet.Qui nõ est mecũ,cõtra me est,
& qui nõ cõgregat mecũ,spargit. Ideo dico vobis,
omne peccatum & blasphemia remittetur hoĩbus,
spũs aũt blasphemia nõ remittetur.Et quicũq; dixe
rit verbũ cõtra filiũ hominis,remittatur ei:qui autẽ
dixerit cõtra spiritũ sanctum,nõ remittetur ei,neq;
in hoc seculo,neq; in futuro,Aut facite arborẽ bo-
nam,& fructũ eius bonũ,aut facite arborẽ malã, &
fructum eius malũ,siquidem ex fructu arbor agno-
scitur.Progenies viperarum,quomodo potestis bo

na loqui cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquit . Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum ociosum quod locuti fuerunt homines, reddēt rationem de eo, in die iudicii. Ex verbis enim tuis,
D iustificaberis, & ex verbis tuis, condemnaberis. Cū autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærēs requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantē, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit & assumit septē alios spiritus secum nequiores se, & intrātes habitāt ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessima

Marcus cap. 3. C. D.

C ET veniunt ad dominum, & conuenit iterum turba, ita vt non possent, neque panem manducare. Et cum audissent sui, exierūt tenere eum, dicebant enim. Quoniam in furorem versus est. Et Scribæ qui ab Hierosolymis descēderant, dicebāt, Quoniā Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum, eiicit dæmonia. Et conuocatis eis in parabolis, dicebat illis. Quomodo potest satanas, satanam eiicere? Et si regnum in se diuidatur non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiatur, non potest domus illa stare. Et si satanas cōsurrexerit in semetipsum dispartitus est,
D & nō poterit stare, sed finem habet. Nemo potest

vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittētur filiis hominum peccata & blasphemiæ quibus blasphemauerint, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctū, non habebit remissionē in æternum, sed reus erit æterni delicti, quoniā dicebāt. Spiritū immundum habet. Lucas cap.11.C.D.

C

ET erat eiiciēs dæmonium, & illud erat mutū, Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autē ex eis dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum, eiicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum in se diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnū eius, quia dicitis, in Beelzebub me eiicere dæmonia: Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi, iudices vestri erunt. Porrò si in digito dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine perambulat per loca inaquosa, quærens re- D

quiem. Et non inueniēs, dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui, & cum veniret, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi, Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Factū est aūt cum hæc diceret, extollēs vocē quædā mulier de turba, dixit illi. Beatus vēter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud.

Rubrica. lvii. de docta IESV respōsione insidianti cuidam, dicenti. Ecce mater tua & fratres tui, foris stant quærentes te, qua qui vere mater & fratres sint manifestauit. Math. Marc. Luc. Mathæus cap. 12. D.

D DHVC eo loquēte ad turbas, ecce mater eius & fratres stabāt foris, quærentes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua & fratres tui foris stāt, quærētes te alloqui. At ipse respōdēs dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extēdēs manū in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicūq; enim fecerit volūtatē patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Marcus cap. 3. D.

D ET veniūt mater eius & fratres, & foris stātes miserūt ad eū vocātes eū. Et sedebat circa eū turba, & dicūt ei. Ecce mater tua & fratres tui foris quærūt te, & respondēs eis, ait. Quæ est mater mea

& fratres mei? Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait. Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatē dei, hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

Lucas cap. 8.C.D.

VEnerunt aūt ad illum mater & frater eius, C
& nō poterant adire eū præ turba. Et nūciatū eſt illi. Mater tua & fratres tui ſtāt foris, volētes
te videre. Qui reſpōdēs dixit ad eos. Mater mea & D
fratres mei, hi ſunt qui verbū dei audiūt & faciūt.

Rubrica.lviii.de Iudęorū ſignū de cœlo petentium confutatione. Math. Marc. Luc:

Mathæus cap.12.D. D



TVNC reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes. Magiſter, volumus à te ſignū videre. Qui reſpondēs, ait illis. Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitētiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquam Iona haic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & cōdemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiā Salomonis, et ecce pluſquā Salomon haic.

Marcus cap. 8.B.

ET exierunt Pharisæi, & ceperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cœlo, tẽtantes eum. Et ingemiscẽs spiritu, ait. Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

Lucas cap. 11. D. E

B TVrbis autem cõcurrẽtibus, cœpit dicere. Generatio hæc, generatio nequam est, signum quærit & signum nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ. Nã sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti: regina austri surget in iudicio cum uiris generationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire sapiẽtiam Salomonis, & ecce plusquã Salomõhic. Viri Ninitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & cõdemnabũt illam: quia pœnitẽtiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plusquã Ionahic.

Rubrica. lix. de gratiarum ad deũ patrẽ actione sine diuinæ laudis IESV confessione Quia fidei mysteria mũdi sapiẽtibus occulta: paruulis & simplicibus manifestantur. Math. Lucas.

Mathæus cap. z. D

D IN illo tempore respondens IESVS dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ quia abscõdisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum an-

te te. Omnia mihi tradita sũt à patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris iugum enim meũ, suaue est: & onus meum leue.

Lucas cap.10.D

IN ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit. Cõfiteor tibi pater, domine cœli & terræ quod abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. D

Rubrica.lx.de reuertẽtibus cum gaudio discipulis: IESVQVE dicẽtibus. Domine dæmonia subiiciuntur nobis. Quos benigne corripiens, dixit eis. Gaudete potius quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.

Lucas solus cap.10.C

REuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicẽtes. Domine, etiam dæmonia subii- G

ciũtur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbã sa-
tanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vo
bis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpio
nes, & ſuper omnem virtutem inimici & nihil vo-
bis nocebit. Verũtamẽ in hoc nolite gaudere quia
ſpiritus vobis ſubiiciũtur: gaudete autem quod no- *
mina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Rubrica. lxi. de legiſperito IESVM tẽtãte qui ſe iuſtificans quis eſſet ſuus proximus ab eo quæ ſunt. Qui per ſimilitudinem reſpondẽs de vulnerato à latronibus in Hierico. Cui Samaritanus miſericordiã fecit, ſacerdote & leuita eo intacto pertranſeuntibus.

Lucas ſolus cap. 10. E. F

E ET ECCE quidam legis peritus ſurrexit, tentans illum, & dicens. Magiſter, quid faciẽdo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens dixit, diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximũ tuum ſicut teipſum. Dixitq; illi. Recte reſpõdiſti ad hoc. fac, & viues. Ille autem volẽs iuſtificare ſeipſũ, dixit ad IESVM. Et quis eſt meus proximus? Suſcipiens autem IESVS, dixit. Homo quidam deſcendebat ad Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, qui etiã deſpoliauerũt eum: & plagis impoſitis abierũt ſeminino relicto. Accidit aũt vt quidam ſa-

cerdos descēderet eadē via: & viso illo preteriuit. Similiter & leuita, cum esset secus locum & videret eum, pertrāsiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropiās, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumētū suū duxit in stabulū, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario, & ait. Curam illius habe & quodcūque supererogaueris, ego cū rediero reddam tibi. Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illum. Et ait illi IESVS. Vade, & tu fac similiter.

Rubrica. lxii. de ministrante Martha ociosam Mariam sororem accusante quam excusans IESVS dixit Maria optimam partē elegit.

Lucas solus cap.10.G

FActū est aūt dum irēt & ipse intrauit in quoddā castellum: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suām, & huic erat soror nomine MARIA, quæ etiam sedēs secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autē satagebat circa frequēs ministerium, quæ stetit, & ait domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me sola ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. MARIA optimam partem G

elegit: quæ non auferetur ab ea.

Rurbica.lxiii.de esurientibus discipulis per sata transeuntibus spicas sabbato confricantibus & manducatibus quos Pharisæi tāquā sabbati violatores accusabāt. illos vero IESVS Dauid exēplo excusauit qui panes propositionis in domo dei mādúcauit Math.Mar.Luc.

Mathæus cap.12.A

A IN illo tempore abiit IESVS per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperūt vellere spicas, & māducare. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei. Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domū dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis quia templo maior est hæic. Si autem sciretis quid est? Misericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. dominus enim est filiushominis, etiam sabbati.

Marcus cap.2.D

D ET factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata: & discipuli eius cœperunt progre

di & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei. Ecce, quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non licet? Et ait illis nunquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit & esuriit ipse & qui cum eo erant? quomodo introiuit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus, & dedit eis & qui cũ eo erãt? & dicebat eis. Sabbatum propter hominem factũ est: & non homo propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati.

Lucas cap. 6. A

Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & mãducabant confricantes manibus. Quidam autem Pharisæorum dicebant illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondens IESVS ad eos dixit. Nec hoc legistis quod fecit Dauid cum esurisset ipse & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domum dei & panes propositionis sumpsit & manducauit & dedit his qui cum ipso erant quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis, quia dominus est filius hominis etiam sabbati. A

Rubrica. lxiiii. de responsione IESV ad calumniosam Iudæorum quæstionem. Silicet sabbatis curare? Cui satisfecit exemplo & mira-

culo arida manu hominis sanitati sabbato resti=
tuta. Mathæus. Marc. Lucas.

Mathæus cap. 12. B

E T cum inde transisset venit in syna=
gogam eorum. Et ecce homo manú
habens aridam, & interrogabant eú
dicentes. Si licet sabbatis curare? vt ac
cusarent eum. Ipse autem dixit illis.
Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam:
& si ceciderit hæc sabbatis in foueam nonne tene
bit & leuabit eam? Quanto magis melior est ho=
mo oue? Itaque licet sabbatis benefacere. Túc ait
homini. Extende manum tuam. Et extendit: & re=
stituta est sanitati, sicut altera. Exeútes autem pha=
risæi consilium faciebant aduersus eum quomodo
perderent eum. IESVS autem sciens, secessit Inde:
& secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. &
præcepit eis ne manifestum eum facerent vt adim=
pleretur quod dictum est per Esaiam prophetá di=
centem. Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus
in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spi=
ritum meum super eum, & indicium gentibus mi=
norabit. Non contendet neque clamabit: neque
audiet aliquis in plateis vocé eius. arúdinem quas
satam non confringet, & linú fumigans non extin
guet, donec eiiciat ad victoriam iudicium: & in no
mine eius gentes sperabunt.

Marcus cap. 3. A. B

ET introiuit Iterum in ſynagogam: & erat ibi homo habens Manum aridam. Et obſerua= A
bant eum ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent illum. Et ait homini habēti manum aridam. Surge in me diū. Et dicit eis. Licet ſabbatis bene facere an ma= le? animā ſaluam facere, an perdere? At illi tacebāt Et circunſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini. Extende manum tuam. Et extendit & reſtituta eſt manus illi. Exeuntes autem phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſi= lium faciebant aduerſus eum quomodo eum per= derent. IESVS autē cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad= iuuare: & multa turba à Galilæa & iudæa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis & ab Idumæa & trās Ior danem. & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna audientes quæ faciebat venerunt ad eum. Et dixit IESVS diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſer uiret propter turbam, ne comprimerent eum, mul tos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas. Et ſpiritus immundi cum illum videbāt procidebant ei, & clamabant dicentes. Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum.


Lucas cap. 6. B.

FActum eſt autem & in alio ſabbato vt intra= B
ret in ſynagogam, & doceret. Et erat ibi homo & manus eius dextera erat arida. Obſeruabant aūt

Scribæ & Pharisæi,si in sabbato curaret,vt inueniz rent vnde accusarent eum.Ipse vero sciebat cogiz tationes eorum,& ait homini qui habebat manum aridam.Surge, & sta in medium.Et surgens,stetit. Ait autem ad illos I E S V S.Interrogo vos,si licet sabbatis benefacere,an male,animam saluam face re,an perdere?Et circũspectis omnibus,dixit homiz ni.Extende manum tuam. Et extendit,& restituta est manus eius.Ipsi aũt repleti sunt insipiẽtia & col loquebantur adinuicem quidnam facerent I E S V.

Rubrica.lxv. de quatuor parabolis à I E S V populo in mari prædicatis,interroganti bus discipulis. Quare in parabolis loqueretur &c.Math.Marc.Luc.

Mathæus cap. 13. A.B.C.D.E.

A N I L L O die exiens I E S V S de domo,sedebat secus mare. Et cõgre gatæ sunt ad eum turbæ multæ,ita vt in nauiculã ascendens sederet,& om nis turba stabat in littore,& locutus

1\. est eis multa in parabolis,dicens.Ecce exiit qui sez

pa. minat,seminare. Et dum seminat,quædam cecidez runt secus viam, & venerunt volucres cœli,& coz mederunt ea. Alia autem ceciderũt in petrosa, vbi non habebant terram multam & continuo exorta sunt,quia non habebant altitudinem terræ,sole au tem orto æstuauerunt,& quia non habebant radiz cem,aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas:&

creuerunt spinæ & suffocauerunt ea. Alia autẽ ceci
derunt in terram bonam, & dabant fructum aliud
centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum.
Qui habet aures, audiendi, audiat. Et accedẽtes di= B
scipuli dixerũt ei. Quare in parabolis loqueris eis?
Qui respondẽs, ait illis. Quia vobis datum est nos
se mysteria regni cœlorum, illis autem non est da=
tum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit, qui
autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.
Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vi=
dent, & audientes non audiunt, neq; intelligunt, vt
adimpleatur in eis prophetia Esai ædicentis. Audi=
tu audietis, & non intelligetis, & vidẽtes videbitis,
& non videbitis. Incrassatum est enim cor populi
huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos
clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus au
diant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanẽ
eos. Vestri autem beati oculi, quia vident & aures
vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia C
multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ vide=
tis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nõ au=
dierũt. Vos ergo audite parabolã seminantis. Om
nis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit
malus & rapit quod seminatum est in corde eius,
hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem su
per petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit,
& continuo cum gaudio accipit illud, non autẽ ha=
bet in se radicem, sed est temporalis, facta autẽ tri=
bulatione & persecutione propter verbum, conti=

nuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum dei audit, et solicitudo seculi istius et fallacia diuitiarum suffocat verbum, et sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud

D vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit il-

2.para. lis, dicens. Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamiliâs, dixerunt ei. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus & colligimus ea? Et ait, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis, dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum nienni.

3.para. Aliam parabolam proposuit eis, dicens. Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem

creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor ita vt volucres cœli veniant & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatum eſt totum. Hæc omnia locutus eſt IESVS in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. 4.parabo E

Marcus cap.4.A.B.C.

ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt nauim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram erat, & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua, audite. Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum. Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœli & comederunt illud. Aliud vero cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ, & quãdo exortus eſt ſol, exæſtuauit, &, eo quòd non habebat radicẽ, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & aſcenderunt ſpinæ & ſuffocauerunt illud, & fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum A

ascendentem & crescentem,& afferebat vnumtri
gesimum,& vnum sexagesimum, & vnum centesi=
mum. Et dicebat. Qui habet aures audiēdi, audiat.
Et cum esset singularis, interrogauerũt eum hi qui
cum eo erãt duodecim, parabolam. Et dicebat eis.
Vobis datum est nosse mysterium regni dei, illis au
tem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt vidē
tes, videant, & non videant, & audientes audiant,
& non intelligant, ne quando conuertantur, & di=
mittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabo=
lam hãc? & quomodo omnes parabolas cognosce
tis? Qui seminat, verbum seminat. Hi aũt sunt qui
circa viam, vbi seminatur verbũ, et cum audierint,
confestim venit satanas, et aufert verbum quod se=
minatum est in cordibus eorũ. Et hi sunt similiter
qui super petrosa seminantur, qui cũ audierint, ver
bum, statim cum gaudio accipiunt illud, et non ha=
bent radicem in se, sed temporales sunt, Deinde or
ta tribulatione, vel persecutione propter verbũ, cō
festim scandalizantur. Et alii sunt qui in spinis se=
minantur, hi sunt qui verbum audiunt, et erũnæ se=
culi et deceptio diuitiarum, et circa reliqua concu=
piscentiæ introeuntes suffocant verbum, et sine fru
C ctu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam se=
minati sunt, qui audiũt verbum et suscipiunt, et fru
ctificant, vnum tricesimum, vnum sexagesimum, et
vnum centesimum. Et dicebat illis. Nunquid venit
lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? Nõ=
ne vt super candelabrum ponatur? Non est enim

aliquid abſconditum, quod non manifeſtetur, nec factum eſt occultum,quod non veniat in palam.Si quis habet aures audiēdi,audiat.Et dicebat illis.Vi dete quid audiatis,in qua menſura menſi fueritis,re metietur vobis.Qui enim habet,dabitur illi, & qui non habet,etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat.Sic eſt regnum dei quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram,& dormiat,& exurgat nocte & die,& ſemen germinet,& increſcat dū neſcit ille.Vltro enim terra fructificat,primū herbam,deinde ſpicam,deinde plenum frumentum in ſpica.Et cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem,quoniam adeſt meſſis.Et dicebat.Cui aſſimilabimus regnum dei?aut cui parabolæ comparabimus illud?Sicut granum ſinapis, quod cum ſeminatum fuerit in terra,minus eſt omnibus ſeminibus,quæ ſunt in terra, & cum natum fuerit aſcēdit in arborem,& fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos,ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli habitare.Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum,prout poterant audire, ſine parabola autem non loquebatur eis,ſeorſum autem, diſcipulis differebat omnia.

Lucas cap.8.A.B.C.


ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates et caſtella prædicans et euangelizans regnum dei,et duodecim cum illo,et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis et infirmitatibus,Maria quæ vocatur Magdalene, A

de qua septem Dæmonia exierant,& Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret,& de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suum, & dum seminat, aliud cecidit secus viam & conculcatum est, et volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit,quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, et simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fru-
B ctum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes, non videant, et audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen', est verbum dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt. Deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, et à solicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vitæ euntes suffocantur, non referunt fru-
C ctum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui

in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patienta. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palàm veniat. Videte ergo quod audiatis. Qui enim habet dabitur illi, & quicunque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. Et cap.13.D. Dicebat ergo. Cui simile est regnum dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in ortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui simile æstimabo regnum dei? Simile est fermento quod acceptũ mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. D

Rubrica.lxvi.de trib9 parabolis â IESV discipulis in domo propositis. Exposita prius zizaniorum parabola.

Mathæus solus cap.13.E.F.G.



TVNC dimissis turbis venit in domũ & accesserunt ad eum discipuli eius, dicẽtes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens, ait. Qui seminat bonum semen, est filius E

hominis, Ager autem, est mundus. Bonum vero se-
men: hi sunt filii regni. Zizania autem: filii sunt ne
quam. inimicus aũt qui seminat ea: est diabolus.
Messis vero, consummatio seculi est. Messores au-
tem: angeli sunt. Sicut ergo colliguntur Zizania,
& igni comburuntur: sic erit in consummatione se
culi. Mittet filius hominis angelos suos; & colli-
gent de regno eius omnia scandala, & eos qui fa-
ciunt iniquitatem: & mittẽt eos in caminum ignis
ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulge-
bunt sicut sol in regno patris eorum, qui habet au-
1. para. res audiendi, audiat. Simile est regnum cœlorum
thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit hõ
mo abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit
2. para. vniuersa quæ habet: & emit agrum illum. Ite-
rum simile est regnum cœlorum homini negociato
ri, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna
preciosa margarita, abiit, & vẽdidit omnia quæ ha
buit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœ
3. para. lorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere pi
scium congreganti, quam, cum impleta esset, educẽ
tes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in va
sa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consum
matione seculi. exibunt angeli, & separabunt ma-
los de medio iustorum & mittent eos in caminum
ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis
hæc omnia? Dicunt ei. Etiã ait illis. Ideo omnis scri
ba doctus in regnũ cœlorũ similis ẽ homini patrifa
miliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera:

Rubrica.lxvii.de turbarum super IESV doctrina admiratione dicentibus illis. Nõne hic est fabri filius &c? Quibus respondens dixit. Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Math.Mar.Luc.

Mathæus cap.13.G



T factum est: cum consummasset IESVS parabolas istas, transiit Inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum. ita vt mirarentur & dicerent, vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur MARIA: & fratres eius Iacôbus & Ioseph, & Simon & Iudas? & sorores eius nõ neomnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. IESVS autem dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Et nõ fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. G

Marcus cap.6.A

ET egressus inde, abiit in patriam suam: & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes. Vnde huic hæc omnia: & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius MARIAE frater Iacôbi & Io- A

ſeph & Iudæ & Simonis? Nonne& ſorores eius hic nobiſcum ſunt: Et ſcandalizabantur in illo? Et dicebat illis IESVS. Quia non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua. Et non poterat ibi virtutē vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit & mirabatur propter incredulitatem eorum & circũibat caſtella in circumitu, docens.

Lucas cap.4.D.

ET omnes teſtimonium illi dabãt & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebãt de ore ipſius, & dicebant. Nonne hic eſt filius Ioſeph.

Rubrica. lxviii. de dicipulorum à ſcribis & Phariſæis reprehenſione qui non lotis manibus panem comedebant. Quibus eorum traditiones corripiens. IESVS dixit. Quare & vos tranſgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram? Math, Marc. Luc.

Mathæus cap.15.A.B

A TVNc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis ſcribæ & phariſæi, dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum: non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum dei propter traditionē veſtram? Nam deus dixit. Honora patrem & matrem, & qui maledixit patri vel matri morte mo-

riatur. Vos autem dicitis. Quicunque dixerit patri vel matri. Munus quodcunque est ex me tibi proderit. & non honorificabit patrem suum aut matrem suam & irritum fecistis mādatum dei propter traditionem vestram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens. Populus hic, labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis Audite & intelligite. non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore: hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia Pharisæi, audito verbo hoc scandalizati sunt. At ille respondens, ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos cæci sunt, & duces cæcorum, cæcus autem si cæco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedūt de ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. de corde enim exeūt cogitationes malæ, Homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, hæc sunt, quæ coninquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Marcus cap.7.A.B.C

A ET conueniunt ad eum pharisæi & quidam de scribis,venientes ab Hierosolymis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus.Idest non lotis,manducare panes: vituperauerũt.Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum,& a foro, nisi baptizentur,non comedunt,& alia multa sunt , quæ tradita sunt illis seruare baptismata calicum & vrceorum & aramẽtorum & lectorum Et interrogabant eum Pharisæi & scribæ. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis.Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis,sicút scriptum est populus hic labiis me honorat,cor autem eorum longe est à me.In vanum autem me colunt,docentes doctrinas & præcepta hominum, relinquentes enim mandatum dei,tenetis traditiones hominum baptismata vrceorum & calicum:& alia similia his facitis multa.Et dicebat illis. Bene irritum fecistis preceptum dei, vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit,honora patrem tuum & matrem tuam.& qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur. Vos autem dicitis.Si dixerit homo patri vel matri Corban, quod est domũ, quodcunque ex me,tibi pro fuerit:& vltra non dimittis eum quicquam facere.patri suo aut matri rescindentes verbum dei per traditionem vestram

quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis Et aduocans iterum turbam dicebat illis. Audite me omnes,& intelligite. Nichil est extra hominém introiens in eum,quod possit eum coinquinare,sed quæ de homine procedunt,illa sunt quæ communicant hominem. Si quis habet aures audiēdi,audiat. Et cum introisset in domum à turba interrogabāt eum discipuli eius parabolam,& ait Illis. Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem,non potest eum cō municare: quia non intrat in cor eius,sed in ventrē vadit,& in secessum exit,purgans omnes escas? dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt illa communicant hominem, Abintus enim de corde hominum malæcogitationes procedunt,adulteria, fornicationes,homicidia,furta,auariciæ, nequiciæ, Dolus,impudicitiæ,oculus malus,blasphemia,superbia,stulticia. Omnia hæc mala abintus procedunt: & communicant hominem.

Lucas cap.z.F.

ET cum loqueretur,rogauit illum quidam pharisæus vt pranderet apud se. IESVS autē ingressus,recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere. Quare nō baptizatus esset ante prādium. Et ait dominus ad illum. Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis et catini mundatis: quod autem intus estvestrum,plenū est rapina & iniqui- F

tate. Stulti. Nonne qui fecit quod foris eſt, etiam id quod deintus eſt, fecit? Veruntamen quod ſuper= eſt, date Eleemoſynam: & ecce omnia mũda ſunt vobis.

Rubrica. lxix. de Chananæa muliere quæ clamando ad IESVM filiæ obtinuit ſana= tionem. Cuique continuanti dixit. Fiat tibi ſicut vis. Math. Marc.

Mathæus cap. 15. G

C T EGRESSVS inde IESVS ſeceſſit in ptes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier chananæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei. Miſerere mei domine fili David: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius, Rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat poſt nos. ipſe autem reſpondens, ait. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. At illa venit, & adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui reſpondens, ait. Nõ eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine, nã & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens IESVS, ait illi. O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Marcus cap. 7. C. D

ET inde surgens,abiit in fines Tyri & Sidonis: C
& ingressus domũ,neminem voluit scire,& nõ
potuit latere.Mulier enim statim vt audiuit de eo
cuius filia habebat spiritum immundum,intrauit &
procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis,
Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmo-
nium eiiceret de filia eius. Qui dixit illi.Sine prius
saturari filios,non est enim bonum sumere panem
filiorum,& mittere canibus.At illa respondit,& di
cit illi. Vtique domine, nam & catelli comedunt D
sub mensa de micis puerorum. Et ait illi. Propter
hunc sermonem,vade,exiit dæmonium à filia tua.
Et cum abiisset domum, inuenit puellam iacen-
tem supralectum,& dæmonium exiisse.

Rubrica. lxx. de surdo & muto IESV oblato cui dixit. Effeta quod est adaperire multisque aliis a variis languoribus secus mare Galilææ sanatis Math.Marc.

Matheus cap.15.D

ET CVM transiisset inde IESVS,venit se- D
cus mare Galilææ:& ascendens in mõtẽ,sede
bat ibi,& accesserunt ad eum turbæ multæ haben
tes secum mutos,cæcos, claudos, debiles,& alios
multos:& proiecerunt eos ad pedes eius,& cura-
uit eos,ita vt turbæ mirarentur videntes mutos lo-
quentes,claudos ambulantes,cæcos videntes,& ma
gnificabant deum Israel.

Marcus cap.7.D.

D ET iterum exiens de finibus Tyri,venit per Si donem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum,vt imponat illi manum. Et ap prehendens eũ de turba seorsum,misit digitos suos in auriculas eius,& expuens,tetigit linguam eius,& suspiciẽs in cœlum, ingemuit, & ait illi. Epheta, quod est adaperire.Et statim apertæ sũt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius,& loquebatur recte.Et præcepit illis,ne cui dicerent. Quanto au tem eis præcipiebat,tanto magis plus prædicabãt, & eo amplius admirabantur,dicẽtes. Bene omnia fecit,& surdos fecit audire,& mutos loqui.

Rubrica.lxxi.de hominum refectione in deserto multiplicationéq; septem panum & paucorum pisciculorum. Math.Marc.

Mathæus cap.15.D.

D IESVS AVTEM conuocatis discipulis suis, dixit. Misereor turbæ, quia triduo iam perseue=rant mecum,& non habẽt quod manducent,& dimittere eos ieiu nos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto pa nes tantos,vt saturemus turbam tantam?Et ait il=lis IESVS.Quot habetis panes? At illi dixerũt. Septem,& paucos pisciculos.Et præcepit turbæ,vt

discumberent super terram.Et accipiens septē panes & pisces,& gratias agens,fregit, & dedit discipulis suis,& discipuli dederunt populo,& comederūt omnes & saturati sunt.Et quod superfuit de fragmentis,tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos & mulieres.Et dimissa turba, ascendit in nauiculam,& venit in fines Magedan.

Marcus cap.8.A.

IN diebus illis,iterum cum turba multa esset,nec haberent quod manducarent,cōuocatis discipulis,ait illis.Misereor super turbā,quia ecce iam triduo sustinent me,nec habent quod manducent,& si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiēt in via,quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?Et interrogauit eos.Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram.Et accipiens septem panes,gratias agēs, fregit, & dabat discipulis suis,vt apponerēt,& apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos,& ipsos benedixit, & iussit apponi Et manducauerūt & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas.Erant autē qui manducauerant,quasi quatuor milia,& dimisit eos.Et statim ascēdēs nauim cū discipulis suis,venit in partes Dalmanutha. A

Rubrica.lxxii.de Iudęis iterum signū

de cœlo petẽtibus à I E S V. Quibus eos incre pãs, dixit. Generatio adultera signum quærit, & non dabitur ei, nisi signum Ionæ &c. Et de cauendo Ppharisæorum fermento. Math. Marc. Lucas. Mathæus cap. 16. A. B.



A ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes, & rogauerũt eũ, vt signum de cœlo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis. Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundũ est enim cœlum. Et mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum, faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis? Generatio mala & adultera signũ quærit, & signum nõ dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Pharisæorũ & Sadducæorum. At illi cogitabãt inter se, dicẽtes. Quia panes nõ accepimus. Sciens aũt I E S V S, dixit. Quid co
B gitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes nõ habetis? Nondũ intelligitis, neq; recordamini quinq; panum, & quinq; milium hominum, & quot cophinos sumpsistis? neq; septem panum & quatuor miliũ hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare nõ intelligitis, quia nõ de pane dixi vobis, cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum. Tunc intellexerũt quia non dixerit cauẽdum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

Marcus cap.8.B.

ET exierunt Pharisæi & cœperunt conquirere cum eo,quærētes ab illo signum de cœlo,tentantes eum.Et ingemiscens spiritu,ait. Quid generatio ista signū quærit?Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signū.Et dimittēs eos,ascēdit iterū nauim,& abiit trās fretū.Et obliti sūt panē sumere & nisi vnū panē nō habebāt secū in naui.Et præcipiebat eis,dicēs. Videte & cauete à fermēto pharisæorū,& fermēto Herodis. Et cogitabāt ad alterutrū,dicētes,quia panes nō habem⁹.Quo cognito, ait illis Iesus.Quid cogitatis quia panes nō habetis nōdū cognoscitis?nec intelligitis?adhuc cæcatū habetis cor vestrū?oculos habētes nō videtis?& aures habētes nō auditis?Nec recordamini quādo.v.panes fregi in.v.milia, & quot cophinos fragmētorū plenos sustulistis?dicūt ei duodecim.Quādo & septē panes in quatuor milia,quot sportas fragmētorum tulistis?Et dicūt ei. Septē.Et dicebat eis.Quomodo nondum intelligitis? Lucas cap.12.A.G.

MVltis aūt turbis cōcurrētibus,ita vt seinuicē cōculcarēt,cœpit dicere ad discipulos suos. Attēdite à fermētoPharisæorū,quod est hypocrisis Et circa finē cap.G. Dicebat aūt ad turbas.Cū videritis nubē oriētē ab occasu statidicitis nimbusvenit,& ita fit.Et cū austrū flātē dicitis, quia estus erit & fit.Hypocritæ faciē cœli & terræ nostis probare hoc aūt tēpus quomodo nō probatis? Quid autem & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est?

Rubrica. lxxiii. de cæco in Bethsaida illuminato qui dicebat videre homines velut arbores ambulantes. Marcus solus cap. 8. C.

C T veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogabant eum si quid videret. Et aspiciēs ait. Video homines velut arbores ambulantes, deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est ita vt clare videret omnia. Et misit eū in domū suā, dicens. Vade in domum tuam, & si invicum introieris, nemini dixeris.

Rubrica. lxxiiii. de CHRISTI quęstione apostolis. Quem me dicunt homines, qui Petro respondenti. Tu es CHRISTVS filius dei viui, dixit. Beatus es Simon Bariona &c. Sed exinde, vt discipulis se moriturum Hierosolymis nunciauit dolentem super hoc Petrum, & dicentem. Absit à te domine. Non erit hoc tibi increpans, ait. Vade post me satana &c. Math, Marc. Luc. Mathæus cap. 16. C.

C ENIT autē IESVS in partes Cæsaræ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii Ioannem Baptistā, alii au

tem Eliam, alii vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis, dicit illis IESVS. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es CHRISTVS filius dei viui. Respondēs autem IESVS dixit ei. Beatus es Simō Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non præualebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorū. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Tūc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerēt: quia ipse esset IESVS CHRISTVS. Exinde cœpit IESVS ostendere discipulis suis, quia oporteret eū ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotū & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illū dicens. Absit à te domine, nō erit tibi hoc. Qui cōuersus, dixit Petro. Vade post me satana, scādalum es mihi: quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum.

Marcus cap.8.C.D.

ET egressus est IESVS & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi, et in via interrogabat discipulos suos, dicens eis. Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes. Ioannem Baptistam, alii Eliam, alii vero quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis. Vos vero, quem me

C

esse dicitis. Respódens Petrus, ait ei. Tu es CHRI
STVS. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de
D illo. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium
hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à
sũmis sacerdotibus & scribis, & occidi, & post tres
dies resurgere. Et palàm verbũ loquebatur. Et ap-
prehẽdens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui
conuersus & videns discipulos suos, comminatus
est Petro, dicens. Vade retro me satana, quonia m
non sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum.

Lucas cap. 9. G.

G ET factum est, cùm solus esset orans, erant
cum illo & discipuli, & interrogauit illos
dicens. Quem me dicunt esse turbæ? At illi respon
derunt & dixerunt. Ioannem Baptistam, alii autem
Eliam, alia vero quia vnus propheta de prioribus
surrexit, dixit autem illis. Vos autem quem me esse
dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. CHRI-
STVM dei. At ille increpans illos, præcepit ne
cui dicerent hoc, dicens. Quia oportet filium homi
nis multa pati, & reprobari à senioribus & principi
bus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia die re-
surgere.

Rubrica. lxxv. de baiulanda post IEsum cruce & contẽnendis pro animæ salute omnibus temporalibus. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap. 16. D.


VNC IESVS dixit discipulis suis Si quis vult post me venire, abneget D
semetipsum, & tollat crucẽ suam, &
sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluã facere, perdet eam,
qui autẽ perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si vniuersum
mundũ lucretur, animæ vero suæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro anima
sua? Filius enim hominis vẽturus est in gloria patris
sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. Amẽ dico vobis, sunt quidã de hic
stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

Marcus cap. 8. D.

ET conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis. Si quis vult me sequi, deneget semetipsum D
& tollat crucẽ suã, & sequatur me. Qui enim voluerit animã suam saluã facere, perdet eã, qui aũt perdiderit animã suã propter me & euangeliũ, saluam faciet eã. Quid enim proderit homini, si lucretur mũdum totũ, & detrimẽtũ animæ suæ faciat? Aut quid
dabit hõ commutationis pro anima sua? Qui enim
me cõfessus fuerit & verba in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eũ
cũ venerit in gloria patris sui cũ angelis sanctis. Et
cap. 9. A. Et dicebat illis. Amẽ dico vobis, quia sunt
quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortẽ,
donec videant regnum dei veniens in virtute.

Lucas cap.9.C.

C DIcebat autem ad omnes. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam. nam qui perdiderit animam suam propter me: saluam faciet illā. quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat & detrimentū sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & patris & sanctorū angelorum. dico autem vobis vere, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei.

Et cap.14.F. Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem & vxorem & filios & patres & sorores adhuc autem & animam suam. nō potest meus esse discipulus: & qui non baiulat crucem suam & venit post me: non potest meus esse discipulus.

Rubrica. lxxvi. de IESV assumptis Petro Iacôbo & Ioanne in excelso monte transfiguratione præsentibúsq; Moyse & Elia Math. Marc. Luc.

Mathæus cap.17.A.B

A ET post dies sex, assumpsit IESVS Petrum & Iacôbum & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum: & transfigura-

tus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes respondens autem Petrus, dixit ad IESVM. Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum: & Moysi vnum: & Elie vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: Ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit IESVS, & tetigit eos: dixitque eis. Surgite: & nolite timere. Leuãtes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum IESVM. Et descendentibus illis de monte, præcepit illis IESVS, dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicẽtes. Quid ergo scribæ dicunt quòd Eliã oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis. Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerũt in eo quæcunque voluerũt Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne baptista dixisset eis.

Marcus cap.9.A.B

ET post dies sex assumpsit IESVS Petrũ & Iacobum & Ioannẽ: & ducit illos in mõtem excelsum seorsum solos; & transfiguratus est coram A

IESVS. Et vestimenta eius facta sunt splenden-
tia & candida nimis velut nix, qualia fullo non po-
test super terram candida facere. Et apparuit illis
Elias cum Moyse: & erant loquentes cũ IESV.
Et respondens Petrus, ait IESV. Rabbi, bonũ est
nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnũ,
& Moysi vnum, & Eliæ vnum, Non enim sciebat
quid diceret, erant enim timore exterriti. Et facta
est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube,
B Dicens. Hic est filius meus charissimus: audite illũ.
Et statim circunspiciẽntes, neminem amplius vide
runt nisi IESVM tantũ secum. Et descendentibus
illis de monte, præcepit illis ne cuiquàm quod vi-
dissent, narrarent: nisi cũ filius hominis à mortuis
surrexerit. Et verbũ cõtinuerũt apud se cõquiren
tes quid esset cũ à moruis resurrexerit. Et interro-
gabant eum, Dicẽtes Quid ergo dicũt Pharisæi &
scribæ quia etiam oporteat venire primum. Qui
respondens, ait illis. Elias cum venerit primo, re-
stituet omnia: & quomodo scriptũ est in filium ho
minis, vt multa patiatur & cõ temnatur, Sed dico
vobis quia & Elias venit (& fecerunt illi quæcunq;
voluerunt) sicut scriptum est de eo.

Lucas cap. 9. D.

D FActum est autẽ post hæc verba fere dies octo,
& assumpsit Petrum & Iacôbũ & Ioannem, &
ascendit in montẽ vt oraret. Et facta est dum ora-

ret,species vultus eius,altera:& vestitus eius,albus refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autẽ Moyses & Elias,visi In maiestate: & dicebant excessum eius, quẽ cõpleturus erat in Hierusalem.Petrus vero & qui cum illo erant,grauati erant somno.Et euigilantes, viderunt maiestatem eius:& duos viros qui stabant cum illo.Et factum est:cum discederẽt ab illo,ait Petrus ad IESVM. Præceptor, bonũ est nos hic esse : & faciamus tria tabernacula,vnũ tibi,& vnũ Moysi, & vnum Eliæ. nesciens quid diceret.Hæc autẽ,illo loquente,facta est nubes,& obumbrauit eos:& timuerunt intrantibus illis in nubẽ.Et vox,facta ẽst de nube,dicens. Hic est filius meus dilectus.Ipsum audite: Et Dum fieret vox,Inuentus est IESVS solus. Et Ipsi tacuẽrunt & nemini dixerunt In diebus illis quicquàm ex his quæ viderant.

Rubrica. lxvii. de lunatico qui se In Ignem,&aquã sæpe præcipitabat (quẽ discipuli curare nõ potuerũt) à IESV sanato.Quibus iter rogãtibus quare illũ deicere non potuimus?dixit. Propter Incredulitatẽ vestrã &c.Mã. Mar.Luc. Matheus cap.17,C,



T cum venisset ad turbã, accessit ad eũ homo genibus prouolutus ante eũ,dicẽs.Domine miserere filio meo,quia lunaticus est,& male patitur.Nã sæpe cadit in ignẽ,& crebrõ

in aquam.& obtuli eum discipulis tuis:& non po-
tuerunt curare eum. Respondens autem IESVS,
ait.O generatio incredula & peruersa quousq; ero
vobiscũ? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad
me.Et increpauit illum IESVS:& exiit ab eo dæ-
monium & curatus est puer ex illa hora. Tunc ac-
cesserunt discipuli ad IESVM secreto,& dixerunt.
Quare nos nõ potuimus eiicere illum? Dixit illis
IESVS.Propter incredulitatem vestram.Amen
quippe dico vobis,si habueritis fidem sicut granum
sinapis,dicetis monti hinc,transi huic:& trãsibit, &
nihil impossibile erit vobis.Hoc autem genus non
eiicitur nisi per orationem & ieiunium.

Marcus cap. 9.C.D

C ET veniens ad discipulos suos, vidit turbam
magnam circa eos, & scribas conquirentes
cum illis. Et confestim omnis populus vidẽs
IESVM,stupefactus est,& expauerunt:& accurrẽ-
tes salutabant eum.Et interrogauit eos.Quid in-
ter vos conquiritis? Et respondens vnus de turba,
dixit.Magister,attuli filium meum ad te habentem
spiritum mutum: qui vbicunque eum apprehende-
rit,allidit illum,& spumat & stridet dentibus & are
scit.& dixi discipulis tuis vt eiicerent illum: & non
potuerunt.Qui respondens eis,dixit.O generatio
incredula,quamdiu apud vos ero? quandiu vos pa
tiar? afferte illum ad me.Et attulerunt eum. Et cũ
vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum. &
elisus in terram,volutabatur spumans. Et interro-

gauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo
ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: & frequēter
eum in ignem & in aquam misit vt eum perderet,
sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. IE- D
SVS autem ait illi. Si potes credere, omnia possibi
lia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pue
ri, cū lachrymis aiebat. Credo domine: adiuua in-
credulitatem meam. Et cum vidisset IESVS con-
currentem turbam, comminatus est spiritui immū
do, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego præcipio
tibi exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et ex-
clamans & multum discerpens eum, exiit ab eo: &
factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia
mortuus est. IESVS autem tenens manum eius, ele
uauit eum: & surrexit. Et cum introisset in domum,
discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare
nos non potuimus eiicere eum? Et dixit Illis. Hoc
genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ie-
iunio.

Lucas cap. 9. E

FACTVM est autem: in sequenti die, descen E
dentibus illis de mōte, occurrit illi turba mul-
ta. Et ecce vir de turba exclamauit, dicens. Magi
ster obsecro te respice in filium meum quia vnicus
est mihi. & ecce spiritus apprehendit eum, & subi-
to clamat: & elidit & dissipat eum cum spuma, &
vix discedit dilanians eū. & rogaui discipulos tuos

vt eiicerent illud & non potuerunt. Respondens autem IESVS dixit. O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos & patiar vos. Adduc huc filium tuum. et cum accederet, elisit illum dæmonium & dissipauit et increpauit IESVS spiritũ immundum, & sanauit puerũ: & reddidit illũ patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei.

Rubrica. lxviii. de discipulorum tristicia dicente eis IESV In Galilæa. Quia filius hominis tradendus est in manus hominum qui occident eum &c. Math. Marc. Luc.

Matheus cap. 17. D.

D Conuersantibus autem eis In Galilæa Dixit Illis IESVS. Filius hominis tradẽdus est in manus hominum: & occident eum: & tertia die resurget, et contristati sunt vehementer.

Matheus cap. 9. E.

E ET Inde profecti progrediebantur Galilæam: nec volebat quenquam scire. Ducebat autem discipulos suos: & dicebat illis Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eũ, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

Lucas cap. 9. E.


E OMnibusq; mirantibus in omnibus quæ faciebat, Dixit ad discipulos suos. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. filius enim hois fu

turã est vt tradatur in manus hominũ. At illi igno rabãt verbũ istud, & erat velatũ ante eos vt nõ sẽti rẽt illud & timebãt eũ Interrogare de hoc verbo.

Rubrica.lxix.de Iesu In Galilea ambulante qui in Iudæam ambulare non volebat quia eum Iudæi Interficere querebant ad quem increduli eius cognati (proximo tabernaculorũ festo) vanæ laudis cupidi dixerunt. Transi hinc & vade in Iudæã &c. Quibus nõ acquiescens ait. Vos ascẽdite ad diem festum hunc, ego enim non ascendã supple, vobiscum. Mediante vero die festo ascẽdit IESVS In tẽplum & docebat. vnde mirabãtur iudæi dicentes. Quomodo scit literas cum non didicerit? multũq; de illo murmur erat in turba multis in eum credentibus, missiq; à Pharisæis vt caperent ministri, testimonium pro illo dederunt dicentes. Nunquàm sic locutus est homo &c. Similiter & Nicodemus.

Ioannes solus cap.7.per totum.

A.B.C.D.E.F.G.



Ost hęc autem ambulabat IESVS In Galilæã. nõ enim volebat in iudeã ambulare: quia quærebãt eũ Iudæi ĩterficere. Erat aũt in proximo dies festus Iudeorũ, Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc & vade in iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto A

quid facit, & quærit ipse in palàm esse. si hæc facis
manifesta teipsum mundo. Neq; enim fratres eius
credebant in eum. Dixit ergo eis I E S V S. Tẽpus
meum nondum aduenit, tempus autem vestrũ sem
per est paratum. Non potest mũdus odisse vos, me
autem odit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo
quòd opera eius mala sunt. Vos ascẽdite ad diem
festum hunc, ego enim non ascendam ad diem fe=
stum istum, quia meum tempus nondum impletum
est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt au
B tem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit
ad diem festum non manifeste, sed quasi in occul=
to. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dice=
bant. Vbi est ille? Et murmur multum erat in tur=
ba de eo. Quidam enim dicebant, quia bonus est.
Alii autem dicebant. Non, sed seducit turbas. Ne=
mo tamen palàm loquebatur de illo, propter me=
tum Iudæorum. Iam autẽ die festo mediante, ascen
dit I E S V S in templum, Et docebat. Et miraban
tur Iudæi, dicentes. Quomodo hic literas scit, cum
non didicerit? Respõdit eis I E S V S, & dixit. Mea
doctrina, non est mea, sed eius qui misit me. Si quis
voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de do=
ctrina, vtrũ ex deo sit, an ego à meipso loquar. Qui
à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui
autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax
C est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses de=
dit vobis legem, & nemo ex vobis facit legẽ? Quid
me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit.

Dæmonium habes,quis te quærit interficere? Re=
spondit I E S V S,& dixit eis. Vnú opus feci, & om
nes miramini.Propterea Moyses dedit vobis circú
cisionem,non quia ex Moyse est,sed ex patribus,&
in sabbato circúciditis hominem. Si circuncisioné
accipit homo in sabbato,vt nó soluatur lex Moysi,
mihi indignamini,quia totum hominem sanum fe=
ci in sabbato? Nolite iudicare secundum facié, sed
iustum iudicium iudicate . Dicebant ergo quidá ex
Hierosolymitis. Nonne hic est quem quærunt in=
terficere? Ecce palá loquitur,& nihil ei dicunt.Nú=
quid vere cognouerút principes,quia hic est CHRI
STVS? Sed húc scimus vnde sit. C H R I S T V S
autem cum venerit,nemo scit vnde sit. Clamabat
ergo I E S V S in templo docens,& dicens.Et me
scitis,& vnde sim scitis,& á meipso non veni,sed est
verus qui misit me qué vos nescitis. Ego scio eum
& si dixero quia nescio eum, ero similis vobis men
dax,sed scio eú: quia ab ipso sum, & ipse me misit.
Quærebant ergo eum apprehédere,& nemo misit
in illum manus,quia nondú venerat hora eius. De
turba autem multi crediderunt in eum,& dicebát.
C H R I S T V S cum venerit, núquid plura signa
faciet quàm quæ hic facit? Audierút Pharisæi turbá
murmurantem de illo hæc,& miserunt principes &
Pharisæi ministros,vt apprehenderent I E S V M.
Dixit ergo eis I E S V S. Adhuc modicum tempus
vobiscum sum,& vado ad eum qui me misit.Quæ=
retis me,& non inuenietis,& vbi ego sum,vos non

poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetip-
ſos. Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum?
Nũquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & do-
cturus gentes? Quis eſt hic ſermo quẽ dixit, Quære
tis me, & nõ inuenietis, & vbi ſum ego, vos non po
F teſtis venire? In nouiſſimo autem die magno fe-
ſtiuitatis ſtabat IESVS & clamabat, dicens. Si
quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me
(ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu quem ac-
cepturi erant credentes in eum, nondum enim e-
rat ſpiritus datus, quia IESVS nondum erat glo
rificatus. Ex illa ergo turba, cum audiſſent hos ſer-
mones eius, dicebant. Hic eſt vere propheta. Alii
dicebant. Hic eſt CHRISTVS. Quidam autẽ
dicebant. Nunquid à Galilæa venit CHRI-
STVS? Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine
Dauid, & de Bethleem caſtello vbi erat Dauid,
G venit CHRISTVS? Diſſentio itaque facta eſt
in turba, propter eum. Quidam autem ex ipſis
volebant apprehendere eum, ſed nemo miſit ſu-
per eum manus. Venerunt ergo miniſtri ad pon
tifices & Phariſæos. Et dixerunt eis illi. Quare
non adduxiſtis illum? Reſponderunt miniſtri.
Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo.
Reſponderunt ergo eis, Phariſæi. Nunquid & vos
ſeducti eſtis? nunquid ex principibus aliquis cre-
didit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc
quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Dixit Ni-

codemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

Rubrica.lxxx.de muliere in adulterio deprehensa IESV docenti in templo, oblecta à Pharisæis & Scribis qui (IESV digito in terra scribente, & dicente. Qui sine peccato est vestrũ &c.) confusi exierunt &c. Ioan. solus ca. 8. A.


ESVS autem perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehẽsam, & statuerunt eam in medio, & dicunt ei. Magister, hæc mulier modo deprehẽsa est in adulterio. In lege aũt Moyses mãdauit nobis hmõi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebãt tẽtãtes eũ, vt possent accusare eũ. IESVS aũt inclinãs se deorsũ, digito scribebat in terrã. Cũ ergo perseuerarẽt interrogãtes eũ, erexit se, & dixit eis. Qui sine pctõ est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Et iterum se inclinãs scribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus, & remansit solus A

I E S V S,& mulier in medio ſtans. Erigẽs autem ſe I E S V S,dixit ei. Mulier,vbi ſũt qui te accuſabãt? Nemo te condẽnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autẽ I E S V S. Nec ego te condẽnabo. Vaᵹ de & iam amplius noli peccare.

Rubrica.lxxxi. de verbis I E S V in gazophylatio docentis in templo,& dicentis ſe lumen mundi &c. Ioannes ſolus cap.8.BC.

B  TERVM ergo locutus eſt eis I E S V S,dicens. Ego ſum lux mundi,qui ſequitur me,nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Phariſæi. Tu de teipſo teſtimonium perhibes,teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpondit I E S V S,& dixit eis. Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo,verum eſt teſtimonium meum,quia ſcio vnde veni,& quo vado,vos autem neſcitis vnde venio, aut quo vado, vos ſecundum
C carnem iudicatis. Ego non iudico quenquam, & ſi iudico ego,iudicium meũ verum eſt, quia ſolus nõ ſum,ſed ego & qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt. Quia duorum hominum teſtimoniũ verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo,& teſtimoniũ perhibet de me,qui miſit me, pater. Dicebant ergo ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpõdit I E S V S. Neq; me ſcitis, neq; patrem meum, ſi me ſciretis,forſitan & patrẽ meum ſciretis. Hæc verba locutus eſt I E S V S in gazophylacio,docẽs

in templo,& nemo apprehēdit eum, quia necdum venerat hora eius.

Rubrica.lxxxii.de sermone IESV dicētis obſtinatis Iudæis,In peccatis veſtris moriemini,illis vero qui credebāt in eū quòd permanētes in sermone ſuo,diſcipuli ſui erūt & cognoſcent veritatē,& veritas eos liberabit. Illos autem qui ſe patrem Abraham habere gloriabantur,cum opera Abrahæ non facerent ex patre diabolo eſſe &c. Multáque de diuinitate affirmantem & dicentē ſe filium dei lapidare voluerunt. Ioannes ſolus cap.8. C.D.E.F.G.



IXIT ergo iterū eis Ieſus.Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.Quo ego vado,vos non poteſtis venire.Dicebāt ergo Iudæi, Nūquid interficiet ſemetipſum,quia dicit. Quo ego vado,vos non poteſtis venire? Et dicebat eis.Vos deorſum eſtis,ego de ſuperius ſū. Vos de mundo hoc eſtis,ego non ſum de hoc mūdo.Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris,ſi enim non credideritis,quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.Dicebant ergo ei.Tu quis es?Dixit eis IESVS.Principium qui & loquor vobis.Multa habeo de vobis loqui & iudicare,ſed qui me miſit,verax eſt, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.Et non cognouerunt quia patrē eius dicebat deum.Dixit ergo eis IESVS. Cum

exaltaueritis filium hominis, tũc cognoſcetis quia ego ſum,& à meipſo facio nihil,ſed ſicut docuit me pater hæc loquor. Et qui me miſit,mecum eſt,& nõ reliquit me ſolũ,quia ego quæ placita ſunt ei,facio ſemper. Hæc illo loquẽte multi crediderunt in eũ. Dicebat ergo I E S V S ad eos qui crediderunt ei Iudæos. Si vos manſeritis in ſermone meo,vere diſcipuli mei eritis,& cognoſcetis veritatẽ,& veritas liberabit vos. Reſponderũt ei. Semen Abrahæ ſumus,& nemini ſeruiuimus vnquam,quõ tu dicis. Liberi eritis? Reſpõdit eis I E S V S, Amen amẽ dico vobis,quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati,ſeruus aũt nõ manet in domo in æternũ, filius manet in æternũ,ſi ergo vos filius liberauerit,vere
E liberi eritis. Scio quia filii Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere,quia ſermo meus nõ capit in vobis. Ego quod vidi apud patrẽ,loquor,& vos quæ vidiſtis apud patrẽ veſtrum,facitis. Reſpõderunt & dixerũt ei. Pater noſter Abrahã eſt. Dicit eis IESVS. Si filii Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite. Nũc autem quæritis me interficere hominẽ,qui veritatem vobis locutus ſum,quam audiui à deo. Hoc Abraham nõ fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati, vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis I E S V S. Si deus pater veſter eſſet,diligeretis vtique me,ego enim ex deo proceſſi,& veni, neque enim
F à meipſo veni,ſed ille me miſit. Quare loquelam meam non cognoſcitis? Quia non poteſtis audire

ſermonem meum. Vos ex patre diabolo eſtis,& deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare nõ creditis mihi? Qui ex deo eſt, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Nonne benedicimus nos, quia ſamaritanus es tu, & dæmonium habes? Reſpondit IESVS. Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi. Nũc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & prophetæ, & tu dicis. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. Nũquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt? Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt, eſt pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, Quia deus noſter eſt, & non cognouiſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt G

videret diem meum: & vidit & gauisus est. Dixe-rũt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos non dum habes, & Abraham vidisti? dixit eis I E S V S. Amen amen dico vobis, antequam abraham fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides vt iacerent in eum. I E S V S autem abscondit se, & exiuit de templo.

Rubrica. lxxxiii. de cęco nato à I E-S V sabbato illuminato quod miraculum Pharisæi calumniantes nec cæco nec eius parentibus quod cæcus natus esset affirmátibus credere voluerunt. Qua de re dixit IESVS in iudiciũ. Ego in hunc mundum veni vt qui non vident videat & qui vident cæci fiant &c.

Ioannes solus cap. 9. per totũ. A.B.C.D.E.F.G


A ET præteriens IESVS, vidit hominem cæcum à natiuitate. & interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quid peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit IESVS. Neque hic peccauit, neq; parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox, quando nemo potest operari, quamdiu sum in mũdo, lux sum mundi. Hoc cũ dixisset expuit in terram & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, &
B dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit: & venit vidẽs. Itaque vicini & qui viderant eum prius quia men-

dicus erat,dicebant. Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant. Quia hic est. Alii auté, Nequaquàm, sed similis est ei. Ille vero dicebat. Quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur IESVS, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & Dixit michi, Vade ad natatoriá Siloe, & laua. Et abii, & laui, & video. Et dixerunt ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducũt ad Pharisæos eum qui cœcus fuerat. C
Erat autem sabbatum, quãdo lutum fecit IESVS, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogant eú pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex pharisæis quidam. Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicũt ergo cœco iterũ. Tu quid dicis, Quia propheta est? Nõ crediderunt ergo Iudæi de illo quia cœcus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes hic est filius vester quem vos dicitis quia cœcus natus est? Quo modo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt. Scimus quia hic est filius noster, & quia cœcus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iá enim conspirauerát Iudæi vt E

si quis eũ confiteretur esse CHRISTVM, extra synagogam fieret. Propterea parẽtes eius dixerũt. Quia ætatẽ habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominẽ qui fuerat cœcus & dixerunt ei. Da gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est, nescio. vnũ scio, quia cœcus cum essem, modo video. Dixerũt ergo illi. Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, & audistis. quid iterum vultis audire? nũquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus:
F hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: & aperuit meos oculos. scimus autem quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati. Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquàm. Responderunt & dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerũt eum
G foras. Audiuit, IESVS quia duxerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Respondit ille, & dixit. Quis est domine, vt credã in eum? Et dixit ei IESVS. Et vidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum. Et dixit ei IESVS. In iudicium ego in hunc mundum veni vt qui non vi

deant,& qui vident cœci fiant. Et audierunt quidā ex Pharisæis,qui cū Ipso erant: & Dixerunt ei, Nunquid & nos cœci sumus? Dixit eis IESVS. Si cœci essetis,non haberetis peccatum nunc vero dicitis, Quia videmus. Peccatum ergo vestrum manet.

Rubrica.lxxxiiii.de sermone Iesu quo se bonūm pastorem affirmat Discretionem pastoris à mercenario ostendens qui dixit potestatem habere animam suam ponendi & iterum assumēdi. Ioānes solus cap.10.A.B.C.D.



Men amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouiū, sed ascendit aliunde: ille fur ēst & latro. Qui autē intrat per ostiū,pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim,& educit eas. Et cū proprias oues emiserit,ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem nō sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorū. hoc prouerbiū dixit eis IESVS. Illi autē non cognouerūt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū IESVS. Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit,saluabitur: & ingredietur & egredietur,& pascua inueniēt: fur nō venit,nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni

vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ego
ſum paſtor bonus. Bonus paſtor, animam ſuam dat
C pro ouibus ſuis. Mercenarius autem & qui non eſt
paſtor, cuius non ſunt oues propriæ videt luxum
venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit
& diſpergit oues, mercenarius autem fugit, quia
mercenarius eſt & non pertinet ad eum de ouibus.
Ego ſum poſtor bonus: & cognoſco meas, & co-
gnoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego co
gnoſco patrem: & animam meam pono pro oui-
bus meis. Et alias oues habeo quæ nõ ſunt ex hoc
ouili: & illas oportet me adducere, & vocẽ meã au
D dient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor. Propterea
me diligit pater: quia ego pono animam meam, vt
iterum ſumam eam: nemo tollit eam a me: ſed ego
ponam eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi
eam: & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam: hoc
mandatum accepi à patre meo. Diſſenſio iterum
facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dice
bant autem multi ex ipſis. Dæmonium habet & in
ſanit: quid eũ auditis? Alii dicebãt, Hæc verba non
ſunt dæmonium habẽtis: nunquid dæmonium po-
teſt cæcorum oculos aperire.

Rubrica. lxxxv. de didrachmatis in Capharnaum ſolutione iubente IESV Petro. &c.

Matheus ſolus cap. 17. D.

D ET cum veniſſent capharnaum: acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad

Petrum,& dixerunt ei. Magister vester non soluit didrachma? Ait. Etiam. Et cũ intrasset in domum, præuenit eum IESVS,dicẽs. Q'uid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiũt tributũ vel censum? a filiis suis,an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi IESVS. Ergo liberi sunt filii. Vt autẽ non scandalizemus eos: vade ad mare,& mitte hamum. Et eum piscem qui primus ascẽderit,tolle:& aperto ore eius,inuenies stateram. Illum sumes,da eis pro me & te.

Rubrica.lxxxvi.de discipulorum contentione In Capharnaũ quis eorum maior esset quos paruuli exemplo ad humilitatem inducit prohibens scandalum &c. Math.Marc.Luc.

Matheus cap.18.A.B.



N Illa hora accesserunt discipuli ad IESVM, dicẽtes Quisputas maior ẽst in Regno cœlorum? Et aduocans IESVS paruulũ, statuit eum in medio eorum,& dixit. Amen dico vobis,nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorũ. Et qui susceperit vnũ paruulũ talem ĩ nomine meo: me suspicit. Qui autẽ scandalizauerit vnũ de pusillis istis qui in me credũt expedit eivt suspẽdatur molla asinaria in collo eius,& demergatur In profũdũ maris. Væ mũdo ab A

ſcandalis. Neceſſe eſt enim veniant ſcandala vt= runtamẽ væ homini illi per quẽ ſcandalũ venit. Si aũt manus tua,vel pes tuus ſcandalizat te:abſcidẽ eũ,& proiice abs te.Bonũ tibi ẽ ad vitã ingredi dẽ bilẽ vel claudũ quàm duas manus vel duos pedes habentẽ mitti in ignẽ æternũ.Et ſi oculus tuus ſcã= dalizat te, erue eũ,& proiice abs te.Bonũ tibi eſt vnũ oculũ habẽtẽ in uitã intrare,quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennã ignis.Videte ne cótem= natis vnũ ex his puſillis,dico enim vobis quia ange li eorũ in cœlis ſemper vident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt,Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.Quid vobis videtur ſi fuerint alicui centũ oues,& errauerit vna ex eis:nõne relinquit nona ginta nouẽ in montibus & vadit quærere eã quæ errauit?& ſi cõtigerit vt inueniat eã.Amen dico vo bis quia gaudet ſuper eã magis quã ſuper nonagin ta nouẽ quæ nõ errauerũt.Sic nõ eſt volũtas ante patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt vt pereat vnus de pu= ſillis iſtis. Marcus cap.9.F.G.

F ET venerũt Capharnaũ.Qui cũ domi eſſet,in terrogabat eos.Quid ĩ via tractabatis?At illi tacebãt ſiquidẽ in via inter ſe diſputauerãt quis eo rũ maior eſſet,et reſidẽs vocauit duodecim: & ait illis.Si quis vult primus eſſe,erit omniũ nouiſſimus, & omniũ miniſter. Et accipiens puerũ,ſtatuit eũ in medio eorũ quẽ cum cõplexus eſſet,ait illis.Quiſ= quis vnũ ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo:me recipit & quicũq; me ſuſceperit:nõ me ſu

ſcipit,ſed eũ qui miſit me.Et quiſquis ſcãdalizauerit
vnũ ex his puſillis credẽtibus in me bonũ eſt ei ma
gis ſi circũdaretur molla aſinaria collo eius,& in ma
re mittatur.Et ſi ſcãdalizauerit te manꝰ tua,abſcis
de illã.Bonũ eſt tibi debilẽ introire in vitã,quã dus
as manus habentẽ ire in gehennã in ignẽ inextins
guibilẽ,vbi vermis eorũ nõ moritur,& ignis nõ exs
tinguitur.Et ſi pes tuus ſcãdalizat,amputa illũ.Bos
nũ eſt tibi claudũ introire ĩ vitã æternã,quàm duos
pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibi
lis,vbi vermis eorũ non moritur,& ignis nõ extins
guitur. Quod ſi oculus tuus ſcãdalizat te,eiice eũ.
Bonũ eſt tibi luſcũ introire in regnũ dei, quã duos
oculos habentẽ,mitti in gehennã ignis, vbi vermis
eorũ non moritur,& ignis non extinguitur.Omnis
enim igne ſalietur: & omnis victima ſale ſalietur.
Bonũ eſt ſal quod ſi ſal Inſulſum fuerit:in quo ils
lud condietis?Habete In vobis ſal,& pacẽ habete
inter vos.

Lucas cap.9.F.

INtrauit autem cogitatio in eos quis eorum ma
ior eſſet.At IESVS videns cogitationes cordis
illorum,appræhendit puerum:& ſtatuit illum ſecus
ſe,& ait illis.Quicũq; ſuſceperit puerũ iſtũ. in nos
mine meo,me recipit:& quicũq; me receperit,recis
pit eũ qui me miſit.Nã qui minor eſt inter vos oẽs,
hic maior eſt.Et ca.17.A.Et ait ad diſcipulos ſuos.
Impoſſibile eſt vt nõ veniãt ſcãdala: væ aũt illi ꝑ
quẽ veniũt,vtilius ẽ illi,ſi lapis mollaris Imponatur

circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis.

Rubrica. lxxxvii. de fraternæ correctiõis ordine & incorrigibili vitãdo &c. Quodque vsq; septuagies septies proximo sit indulgẽdum. Math. Lucas.

Mathæus cap. 18. C.

C 

I autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si aũt Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcũq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcũq; solueritis super terram, erũt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcũq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est, vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei vsque septies? Dixit illi IESVS. Non dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies.

Lucas cap. 17. B.

ATtendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens. Pœnitet me. dimitte illi. B

Rubrica.lxxxviii. de nequã seruo cui dominus omne debitum dimisit, & tamen conserui sui minime misertus est.

Mathæus solus cap.18.D.

IDEO assimilatũ est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eũ dominus eius venũdari & vxorem eius & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens aũt seruus ille orabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autẽ dominus serui illius, dimisit eum, & debitũ dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnũ de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eũ, dicens. Redde quod debes. Et procidens cõseruus eius, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt D

domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus ſuus,& ait illi. Serue nequã, omne debitum dimiſi tibi,quoniã rogaſti me. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui,ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eũ tortoribus,quoadusque redderet vniuerſum debitũ. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis,ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.

Rubrica.lxxxix. de illo qui in nomine IESV dæmonia eiiciens IESVM (referente Ioanne) non ſequebatur. Marc. Luc.

F Marcus cap.9.F.

RESPONDIT illi Ioannes, dicens. Magiſter, vidimus quendam in nomine tuo eiicientẽ dæmonia qui nõ ſequitur nos,& prohibuimus eũ. IESVS autẽ ait. Nolite prohibere eũ, nemo eſt enim qui faciat virtutẽ in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me,qui enim nõ eſt aduerſum vos,pro vobis eſt. Quiſquis enim potũ dederit vobis calicẽ aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, Amen dico vobis, nõ perdet mercedẽ ſuã.

F Lucas cap.9.F

RESpõdẽs aũt Ioãnes,dixit. Præceptor,vidimꝰ quendã in nomine tuo eiiciẽtẽ dæmonia, & prohibuimus eũ,quia nõ ſequitur nobiſcũ. Et ait ad illos IESVS. Nolite prohibere,qui enim nõ eſt aduerſum vos,pro vobis eſt

Rubrica. xc. de quodã à IESV petẽte vt frater secum hæreditatem diuidat, cui respondit IESVS. Quis me cõstituit iudicem &c. Lucas solus cap. 12. G.




AIT autem ei quidam de turba. Magister, dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatem. At ille dixit ei, Homo, quis me cõstituit iudicẽ, aut diuisorẽ supra vos? Dixitq; ad illos. Videte & cauete ab omni auaritia, quia nõ in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. G

Rubrica. xci. de stulto diuite inaniter horrea ampliare cogitanti, cui statim repentina mors nunciata est &c. Lucas solus cap. 12. C.

DIXIT aũt similitudinẽ ad illos, dicens. Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicẽs. Quid faciam, quia nõ habeo quo cõgregẽ fructus meos? Et dixit. Hoc faciã, destruã horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo oĩa quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ. Anima habes multa bona posita in ãnos plurimos, requiesce, cõede, bibe, epulare. Dixit aũt illi deus. Stulte, hac nocte animã tuã repẽtũt à te, quæ aũt parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues. G

Rubrica. xcii. de Galilæorũ occisione quorũ sanguinẽ Pilatus cum sacrificiis miscuit, & de infructuosa ficu sub quorũ typo monet IESVS ad pœnitentiæ accelerationẽ. Luc. so. c. 13. A. B.

A DERANT autem quidam ipsorum in tẽpore, nunciantes illi de Galilæis, quorũ sanguinem Pilatus miscuit cũ sacrificiis eorũ. Et respõdẽs dixit illis. Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nõ, Dico vobis, sed nisi pœnitẽtiã habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decẽ & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis quia & ipsi debitores fuerint præter oẽs homines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis, sed si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autem & hanc similitudinẽ. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni
B tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & nõ inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? At ille respondẽs dicit illi. Domine, dimitte illam & hoc anno vsquedum fodiam circa illam & mittam stercora, & siquidem fecerit fructum, sin autem, in futurum succides eam.

Rubrica. xciii. de muliere decem & octo annis curuata à IESV sabbato sanata, vnde indignanti Archisynagogo respondens IESVS. Hypocrite (ait) vnusquisq; vestrum sabbabato soluit bouem suum, aut asinum à præsepio & ducit adaquare &c.

Lucas solus cap.13.C.D.



RAT autē docens in synagoga eo- G
rū sabbatis. Et ecce mulier quæ ha-
bebat spiritum infirmitatis annis de
cē & octo, & erat inclinata, nec om-
nino poterat rursum respicere. Quā
cum videret IESVS, vocauit eam ad se, & ait il-
li. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit
illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat
deum. Respondens autem Archisynagogus, indi-
gnans quia sabbato curasset IESVS, dicebat tur
bæ. Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his
ergo venite & curamini, & non in die sabbati. Re-
spondens autem ad illum dominus, dixit. Hypocri-
te, vnusquisq; vestrum sabbato non soluit bouem
suum aut asinū à præsepio, & ducit adaquare? Hāc D
autem filiam Abrahæ quam alligauit satanas ecce
decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo
isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant
omnes aduersarii eius, & omnis populus gaudebat
in vniuersis quæ gloriose fiebant ab eo.

Rubrica.xciiii.de Pharisæorum inter rogatione, An liceat vxorem dimittere &c. Et IESV CHRISTI responsione quòd nō nisi propter fornicationem &c. Et quòd multiplices sunt eunuchi &c. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap.19.A.B.

A 
T factum est cum cõsummasset IE-
SVS sermones istos,migrauit à Ga-
lilæa,& venit in fines Iudææ trans Ior
danem,& secutæ sunt eũ turbæ mul-
tæ,& curauit eos ibi. Et accesserũt ad
eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes. Si licet
homini dimittere vxorem suam quacũq; ex causa?
Qui respondens,ait eis. Non legistis quia qui fecit
ab initio,masculũ & fœminã fecit eos? & dixit. Pro
pter hoc,dimittet homo patrẽ & matrẽ, & adhære
bit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam
nõ sunt duo,sed vna caro. Quod ergo deus cõiun-
xit,homo nõ separet. Dicunt illi. Quid ergo Moy-
B ses mãdauit dari libellum repudii,& dimittere? Ait
illis. Quoniã Moyses ad duritiam cordis vestri per
misit vobis dimittere vxores vestras, ab initio au-
tem non fuit sic. Dico autem vobis,quia quicunq;
dimiserit vxorem suam,nisi ob fornicationẽ,& aliã
duxerit,mœchatur,& qui dimissam duxerit mœcha
tur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis
cum vxore,non expedit nubere. Qui dixit illis. Nõ
omnes capiunt verbum istud,sed quibus datum est.
Sũt enim eunuchi,qui de matris vtero sic nati sunt,
& sunt eunuchi,qui facti sunt ab hominibus,& sunt
eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum
cœlorum. Qui potest capere capiat.

Marcus cap. 10. A.B.

A ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vltra
Iordanem,& conueniũt iterum turbæ ad eũ,

& ſicut conſueuerat, Iterum docebat illos. Et acs cedentes Phariſæi, interrogabant eum. Si licet vis ro vxorem dimittere? tentantes eum. At ille res ſpondens, dixit eis. Quid vobis præcepit Moys ſes? Qui dixerunt. Moyſes permiſit libellum res pudii ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondens IESVS, ait. Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vo bis præceptum iſtud, ab initio autem creaturæ ma ſculum & fœminam fecit eos deus. Propter hoc, re linquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhæres bit ad vxorem ſuam, & erunt duo in carne vna. Itas que iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. Et in domo ite rum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterum committit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœs chatur. B

Lucas cap.16.D.

OMnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à viro, dus cit, mœchatur. D

Rubrica.xcv.de paruulis IESV oblatis qui (prohibentibus diſcipulis) dixit. Sinite paruulos venire ad me. Talium eſt regnum cœlorum. Math. Marc. Lucas.

Mathæus cap.19.B.

B Vnc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. IESVS vero ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me veni re, talium est enim Regnum cœlorum Et cum im= posuisset eis manus, abiit Inde.

Marcus cap. 10. B.

B ET offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerenti= bus. Quos cum videret IESVS. Indigne tulit, & ait illis. Sinite paruulos venire ad me: & ne prohi= bueritis eos: talium enim est regnum dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum dei ve lut paruulus, non intrabit in illud. Et amplexans eos, & imponēs manū super illos, benedicebat eos.

Lucas cap. 18. C.

C AFferebant autē ad illum & Infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, In= crepabant illos. IESVS autem conuocans Illos, di xit. Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos: talium est enim regnum dei. Amen dico vo= bis, quicunq; non acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud.

Rubrica. lxxxxvi. de Pharisęorum & scribarum contra IESVM murmure, quia cum peccatoribus manducabat. Quibus propositis tribus parabolis respondit. Scilicet de homine

habente centum oues. De muliere quæ drachmã perdidit. Et de filio prodigo.

Luc.solus cap.15. per totum.

A.B.C.D.E.F.G.

ERANT autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi & scribæ dicentes, Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolã istã, dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis quod ita gaudiũ erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis qui non indigẽt pœnitentia. Aut quæ mulier habẽs drachmas decem: si perdiderit drachmam vnã, nonne accendit lucernã & euertit domũ & quærit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenerit: conuocat amicas, & vicinas, dicens. Congratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdideram. Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiã agẽte. Ait autẽ. Homo quidã habuit duos filios: & dixit adolescẽtior ex illis, patri. Pater, da mihi portionẽ sub- A

ſtantiam. Et poſt nō multos dies cōgregatis omni=
bus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in re
gionem longinquam: & iſte diſſipauit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxurioſe. Et poſtquàm omnia con=
ſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa, &
ipſe cœpit egere. Et abiit, & adhæſit vni ciuium re
gionis illius, Et miſit illum in villam ſuam vt paſce
ret porcos. Et cupiebat implere vētrem ſuum de ſi
D liquis quas porci manducabāt: & nemo illi dabat.
in ſe autē reuerſus, vixit. Quanti mercenarii in do=
mo patris mei abundant dapibus: ego aūt hic fame
pereo: Surgam, & ibo ad patrē meum, & dicam ei.
Pater, peccaui in cœlum & coram te. Iam non ſum
dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnū de mer=
cenariis tuis. Et ſurgens venit ad patrem ſuū. Cum
autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, &
miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper
collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius.
Pater peccaui in cœlum, & coram te, Iam non ſunt
dignus vocari filius tuus. Dixit aūt pater ad ſeruos
ſuos. Cito proferte ſtolam primam, & induite illū,
& date ānulum in manum eius, & calceamenta in
pedes eius: & adducite vitulum ſaginatum & occi=
E dite, & manducemus & epulemur, quia hic filius
meus mortuus erat & reuixit, perierat, & inuentus
eſt. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſe=
nior in agro & cum veniret & appropinquaret do=
mui audiuit ſymphoniā & chorum, & vocauit vnū
de ſeruis, & interrogauit quid eſſent. Iſq; dixit illi,

Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi, & nunquã mandatum tuum præterui: & nunquàm dedisti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: sed postquàm filius tuus hic qui deuorauit substantiã suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. G

Rubrica.xcvii. de quodã a Iesu querente quid faciendo vitam æternam possidebit Cui IESVS. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, Et si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes. qui & recessit tristis quia diues erat &c. Math. Marc. Luc. Matheus ca.19.B.C.


T ECCE vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam vt habeã vitam æternam? Qui dixit ei. Quid me iterrogas de bono? Vnus est bonus, deus. Si autem vis ad vitã ingredi, serua mandata, dicit illi. Que? IESVS autem dixit. Non homicidiũ facies, Non adulterabis. Non facies furtũ. Non falsum testimoniũ dices, honora patrem tuum & matrem: Diliges proximum B

tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens. Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi IESVS. Si vis perfectus eſſe, vade, vẽde omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo & veni ſequere me. Cum audiſſet

C autẽ adoleſcẽs verbum: abiit triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones. IESVS autem dixit diſcipulis ſuis. Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterũ dico vobis: facilius eſt camelum per foramẽ acus tranſire quàm diuitẽ Intrare in regnum cœlorũ. Auditis aũt his, diſcipuli mirabãtur valde, dicentes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciẽs aũt IESVS, dixit illis. Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud deũ aũt, omnia poſſibilia ſunt. Marcus cap. 10. C.

C ET cum egreſſus eſſet in viã procurrens quidã genu flexo ante eum, rogabat eum dicens. Magiſter bone, quid faciã vt vitam eternam percipiam? IESVS autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi, vnus deus. Præcepta noſti? Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum teſtimonium dixeris. Ne fraudem feceris, honora patrem tuum & matrem. At ille reſpondens, ait illi. Magiſter hæc omnia obſeruaui à iuuẽtute mea. IESVS, autem intuitus eum: dilexit eum, & dixit ei. Vnum tibi deeſt, vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Qui contriſtatus in verbo: abiit mœrens. Erat enim habens multas poſſeſſiones.

Et circunſpiciens IESVS,ait diſcipulis ſuis. Quam difficile qui pecunias habent,in regnum dei introi bunt. Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius. At IESVS rurſus reſpondens ait illis. Filioli, quàm difficile eſt confidentes in pecuniis,in regnũ dei introire facilius eſt camelum per foramen acus tranſire,quàm diuitẽ intrare in regnũ dei. Qui ma gis admirabantur: dicentes ad ſemetipſos. Et quis poteſt ſaluus fieri. Et intuẽs illos IESVS,ait. Apud homines impoſſibile eſt:ſed non apud deũ. Omnia enim poſſibilia ſunt apud deum.

Lucas cap.18.D.E.

ET interrogauit eum quidam princeps dicens. D
Magiſter bone,quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei IESVS. Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi ſolus deus. Mandata no ſti? Non occides,Non mœchaberis,Non furtum fa cies,Non falſum teſtimonium dices, Honora pa= trem tuum & matrem. Qui ait. Hæc omiam cuſto diui à iuuentute mea. Quo audito, IESVS ait illi Adhuc vnum tibi deeſt. omnia quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni ſequere me. His ille auditis contriſta tus eſt: quia diues erat valde. Videns autẽ IESVS illum triſtem factũ,dixit. Quàm difficile qui pecu= nias habent, in regnum dei intrabunt. facilius eſt enim, camelum per foramen acus tranſire, quàm

diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui au-
diebant. Et quis potest saluus fieri? Ait illis. Que
impossibilia sũt apud hoĩes, possibilia sũt apud deũ.

Rubrica. xcviii. de liberali Iesu Responsione ad Petri interrogationem Ecce reliquimus omnia & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Math. Marc. Luc.

Math. cap. 19. D.

D TVNC Respõdens Petrus, dixit ei.
Ecce, nos reliquimus omnia, & secu-
ti sumus te : quid ergo erit nobis?
IESVS autem dixit illis. Amen dico
vobis quod vos qui secuti estis me
in regeneratione, cum sederit filius hominis in se-
de maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duo
decim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Et omnis
qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut pa
trem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros
propter nomen meum: centuplum accipiet, & vi-
tam æternam possidebit. Multi autem erunt primi,
nouissimi: & nouissimi primi.

Marcus cap. 10. D.

D ET post hæc cœpit ei petrus dicere. Ecce nos
dimisimus omnia & secuti sumus te. Respon-
dens IESVS ait. Amen dico vobis : nemo est qui
reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ,
aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me & pro-
pter euangelium : qui non accipiat centies tantum
nunc in tẽpore hoc, domos, & fratres, & sorores, &

matres,& filios,& agros cũ persecutiõibus,& in se-
culo futuro vitã æternã. Multi autem primi, erunt
nouissimi,& nouissimi primi. Lucas cap.18.E.

Ait autẽ Petrus,Ecce,nos dimisimus omnia,& secuti sumus te. Qui dixit eis.Amẽ dico vo- E
bis,nemo est qui reliquit domum aut parentes aut
fratres aut vxorem aut filios propter regnũ dei, &
non recipiat multo plura in hoc tempore,& in se-
culo futuro vitam æternam.

Rubrica.xcix.de maliciosa Phariseorũ cautela qui IESVM terrere credẽtes & a suis fugare finibus dixerũt illi.Exi & vade hinc quia Herodes te vult occidere.

Lucas solus cap.13.G.



IN IPSA die accesserũt quidã Pharisæorũ,dicẽtes illi.Exi & vade hinc: G
quia Herodes vult te occidere. Et ait
illis.Ite,& dicite vulpi illi, Ecce eiicio
dæmonia & sanitates perficio hodie & cras,& ter
tia die consummor. Veruntamen oportet me ho-
die & cras & sequenti die ambulare:quia non ca-
pit prophetam perire extra Hierusalem.

Rubrica. cx. de hydropico sanato in domo principis Pharisæorũ sabbato querente IESV Pharisæis silicet sabbato curare? Quibus tacẽtibus dixit.Cuius vestrũ asinus aut bos in puteum cadet & non continuo extrahet illũ die sabbati? Exhortanturq; ad humilitatem.

Lucas solus cap.14.A.B.

A T factum est cũ introisset IESVS in domũ cuiusdã principis Pharisæorum sabbato manducare panem. Et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et respondens IESVS, dixit ad legisperitos & Pharisæos, dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero appræhensum sanauit eũ, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illũ die sabbati? Et non poterant ad hæc respõdere illi. Dicebat aũt & ad imitatos parabolam. In

B tendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discũbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illũ vocauit, dicat tibi. Da huic locũ, & tunc incipias cum rubore nouissimũ locum tenere, sed cum vocatus fueris vade recũbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascẽde superius. Tũc erit tibi gloria coram simul discũbentibus, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Rubrica.ci.de vocandis ad prandium pauperibus qui non possunt retribuere.

Lucas solus cap.14.C.



ICEBAT autem & ei qui se inuitauerat. Cum facis prandiũ aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos diuites, ne forte te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio, sed cum facis conuiuiũ, voca pauperes, debiles, claudos, & cœcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorũ. Hæc cum audisset quidam de simul discũbentibus, dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. G

Rubrica.cii.de missis in vineam operariis conuentione facta ex denario diurno.

Mathæus solus cap.20.A.B.



IMILE est regnũ cœlorũ homini patrifamiliâs qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suã. Conuentione aũt facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam, & quod iustũ fuerit, dabo vobis. Illi aũt abierunt. Iterum aũt exiit circa sextã & nonam horam, & fecit similiter. Circa vndecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, & dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicũt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meã. Cũ sero aũt factum esset, dicit dominus vineæ procura A

tori suo. Voca operarios & redde illis mercedem,
B incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa horam vndecimã venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autẽ & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi, acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrẽfamiliâs, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti qui portauimus põdus diei & æstus? At ille respondens, vni eorum, dixit. Amice, nõ facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi, multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Rubrica.ciii. de cœna magna ad quã inuitati venire excusauerunt &c. Math. Luc.

Mathæus cap.zz.A.

A IMILE factum est regnum cœlorum homini regi, quoniam fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebãt venire. Iterum misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meũ paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierũt, alius in villam suam, alius vero ad negociationem

suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelüs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Túc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quoa inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem nó vestitú veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiú. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Lucas cap. 14. D. E.

Homo quidam fecit cœnam magnã, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ D
dicere inuitatis vt venirét, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei. Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boú emi quinque & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliãs, dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cœcos, & E

Lucas solus cap.16.A.B.C.

DIcebat aũt & ad discipulos suos. Homo qui-dam erat diues,qui habebat villicũ,& hic dif A
famatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsius.
Et vocauit illum,& ait illi. Quid hoc audio de te?
Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non
poteris villicare. Ait aũt villicus intra se. Quid fa-
ciam,quia dominus aufert à me villicationem? fo-
dere non valeo,mendicare erubesco, scio quid fa-
ciam,vt cũ amotus fuero à villicatione, recipiant
me in domos suas. Conuocatis itaque singulis de- B
bitoribus domini sui,dicebat primo. Quantũ de-
bes domino meo? At ille dixit. Centum cados o-
lei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam, & se-
de cito,scribe quinquaginta. Deinde alio dixit.
Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum co-
ros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas,& scribe o-
ctoginta. Et laudauit dominus villicum iniquita-
tis, quia prudenter fecisset, quia filii huius seculi,
prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.
Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mam- C
mona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant
vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in mi-
nimo, & in maiori fidelis est, & qui in modico
iniquus est,& in maiori iniquus est. Si ergo in ini-
quo mammona fideles non fuistis,quod verum est
quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis,
quod vestrum est,quis dabit vobis?

Rubrica.cvi.de diuite epulone & Lazaro paupere & vtriusq; in vita,& morte,& post mortem differenti conditione.

Lucas solus cap.16.E.F.G.

B 
OMO quidã erat diues,qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus,nomine Lazarus,qui iacebat ad ianuam IESV, vlceribus plenus,cupiens saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis,& nemo illi dabat.Sed & canes veniebant,& lingebant vlcera eius. Factum est autẽ vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem diues,& sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos
F cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe,& Lazarum in sinu eius, & ipse clamans, dixit. Pater Abraham,miserere mei,& mitte Lazarum,vt intingat extremum digiti sui in aquam,vt refrigeret lingam meam,quia crucior in hac flamma.Et dixit illi Abraham. Fili,recordare quia recepisti bona in vita tua,& Lazarus similiter mala,nũc aũt hic cõso
G latur,tu vero cruciaris:& in his omnibus,inter nos & vos chaos magnũ firmatum est, vt hi qui volunt hinc,ad vos transire nõ possint,neq; inde huc transmeare.Et ait.Rogo ergo te pater,vtmittas eum in domum patris mei,habeo enim quinque fratres,vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hũc locũ tormen

torum. Et ait illi Abraham. Habēt Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiā agēt. Ait autem illi. Si Moysen & prophetas nō audiunt. Neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Rubrica.cvii.de discipulorū postulatione, vt augeatur eorum fides quibus IESVS fidei vtilitatem cū serui exemplo proponit &c.

Lucas solus cap.17.G.



ET dixerūt apostoli domino. Adauge nobis fidem. Dixit autē dominus. Si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare & transplantare in mare, & obediet vobis. Quis aūt vestrū habens seruū arantē aut pascētem boues, qui regresso de agro dicat illi. Statim transi & recumbe, & nō dicit. Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hæc tu māducabis & bibes? Nūquid gratiā habet seruo illi, quia fecit quæ ei increpauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. G

Rubrica. cviii.de decē leprosis, quos IESVS ad sacerdotes sanatos misit. Et vnus gratias agens deo, egressus est nouem ingratis remanentibus.

Lucas solus cap.17.D.

D ET FACTVM est dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galileam, Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterũt a longe & leuauerunt vocem, Dicentes. IESV praeceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est cum irẽt mundati sunt. Vnus autẽ ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum, & cecidit in faciẽ ante pedes eius: gratias agens & hic erat Samaritanus. Respondẽs autem IESVS dixit. Nonne decem mundati sunt? & nouẽ vbi sunt. Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit.

Rubrica. cix. de Samaritanis nolentibus IESVM recipere & discipulorum reprahensione qui ignem de cœlo volebant precari & cõsummare eos &c.

Lucas solus cap. 9. F. G.



F ACTVM est autem dum complerẽtur dies assumptionis eius, & ipse faciẽ suam firmauit vt iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante cõspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi. Et non

receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius, Iacobus & Ioannes, Dixerunt. Domine, vis dicamus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens. Nescitis cuius spiritus estis: Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. G

Rubrica. cx. de Eucœniorum festo quando Iudæi IESVM ambulantem in porticu Salomonis circundederunt, quibus cum dixisset: Opera quæ ego facio testimoniũ perhibent de me. lapides sustulerunt in eum.

Ioannes solus cap. 10. E. F. G.



ACTA sunt autem Eucænia in Hierosolymis: & hiems erat. Et ambulabat IESVS in templo, in porticu Salomonis. Circũdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei. Quousq; animam nostram tollis? si tu es CHRISTVS, Dic nobis palàm. Respondit eis IESVS. Loquor vobis & non creditis. opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibet de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocẽ meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequũtur me & ego vitam æternã do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de E

manu mea. Pater meus quod dedit mihi, manus om
F nibus est: & nemo potest rapere de manu patris
mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerũt ergo la
pides Iudæi, vt lapidarent eũ. Respõdit, eis IESVS.
Multa bona opera ostẽdi vobis ex patre meo: prõ
pter quod eorum opus me lapidatis? Responderũt
ei Iudæi. De bono opere nõ lapidamus te, sed de
blasphemia, & quia tu homo cũ sis, facis teipsum
deũ: Respõdit eis IESVS. Nonne scriptũ est in le=
ge vestra, Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est, & non potest solui scri=
ptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mũdũ, vos
dicitis. Quia blasphemas: quia dixi. Filius dei sum.
Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi.
si autem facio: & si michi non vultis credere, operi
bus credite, vt cognoscatis & credatis quia pater in
me est & ego in patre. Querebãt ergo eum appræ
hendere: & exiuit de manibus eorum & abiit ite=
rum trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioan=
nes baptizans primum: & mansit illic. Et multi ve
nerunt ad eum, & dicebant Quia Ioannes quidem
signũ fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit
Ioãnes de hoc si vera erãt, Et multi crediderũt in eũ.

Preambula dominicę passionis hic enim & deinceps spiritus accelerandæ capta est occasio.

Rubrica. iii. de Lazari marię & marthæ fratris, infirmitate, morte, & suscitatione.

Ioannes solus cap.11.A.B.C.D.E.F.

RAT autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem IESVS, dixit eis. Infirmitas hæc nõ est ad mortem, sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eã. Diligebat autem IESVS Marthã, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tũc quidem mansit in eodẽ loco duobus diebus, deinde post hæc dicit discipulis suis. Eamus in iudæam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc quærebant te iudæi lapidare: & iterum vadis illuc? Respondit IESVS. Nonne duodecim sunt horæ diei? Siquis ambulauerit in die, nõ offendit: quia, lucem huius mundi videt. si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine, si dormit saluus erit, Dixerat autem IESVS de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo IESVS dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos. vt credatis, quoniã non erã ibi, sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad cõdiscipulos,

Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaq; IESVS: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habētem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim. Multi autē ex
C iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas defratre suo. Martha ergo vt audiuit quia IESVS venit: occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad IESVM. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus sed & nunc scio quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi IESVS. Resurget frater tuus, Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei IESVS. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. & omnis qui viuit & credit in me: nō morietur
D in æternum. Credis hoc? ait illi. Vtiq; domine ego credidi quia tu es CHRISTVS filius dei viui qui in hunc mūdum venisti. Et cum hæc dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum: nondum enim venerat IESVS in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erāt cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam dicentes. Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat IESVS, vidēs eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei. Domine, si fuisses hic non esset mortuus frater me-

us.IESVS ergo vt vidit eam plorantem & Iudæos
qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu,
& turbauit ſeipſum,& dixit. Vbi poſuiſtis eum? Di-
cunt ei. Domine, veni & vide. Et lachrymatus eſt
IESVS.Dixerunt ergo iudæi.Ecce quomodo ama
bat eum . Quidam autem ex ipſis dixerunt.'Non E
poterat hic qui aperuit oculos cæci nati,facere vt
hic nó moreretur? IESVS ergo rurſum fremens in
ſemetipſo venit ad monumentũ.Erat autem ſpe-
lunca: & lapis ſuperpoſitus erat ei.Ait IESVS. Tol
lite lapidem. Dicit ei martha, ſoror eius qui mor-
tuus fuerat. Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt
enim.Dicit ei IESVS.Nonne dixi tibi quoniam ſi
credideris,videbis gloriam dei? Tulerunt ergo la-
pidẽ.IESVS autem eleuatis ſurſũ oculis dixit.Pa-
ter,gratias ago tibi quoniam audiſti me: ego autem
ſciebã quia ſemper me audis, ſed propter populum
qui circunſtat dixi vt credant quia tu me miſiſti.
Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit. Lazare, F
veni foras.Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus,li-
gatus manus & pedes inſtitis,& facies illius ſudario
erat ligata. Dixit eis IESVS. Soluite eum, & ſinite
abire.Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Ma-
riam & Martham,& viderant quæ fecit: credide-
runt in eum quidam autẽ ex ipſis abierunt ad Pha-
riſæos: & dixerunt eis quæ fecit IESVS.

Rubrica.cxii.de Iudęorũ contra Ieſũ concilio in quo Caiphas prophetauit dicens expe-

dit vobis vt vnus moriatur pro populo. Et ab illo die cogitauerunt eum interficere qui abiit in regionem iuxta desertum &c.

Ioannes solus cap.11.G.

G COLLEGERVNT ergo pontifices & Pharisæi cōcilium, & dicebant, C Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum & venient Romani: & tollent nostrum locum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquam nec agitatis; quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quod IESVS moriturus erat pro gente: & non tantū pro gente sed vt filios dei qui erāt dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eum. IESVS ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autē erat pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha vt sanctificarēt seipsos. Quærebant ergo IESVM; & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diē festū istū? Dederunt aūt pontifices & Pharisæi mandatū, Vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt appræhēdāt eū.

Rubrica.cxii.de aſcendente Ieſu Hieruſalem cum diſcipulis quibus ſecreto futuram paſſionem & reſurrectionem prædixit Math. Marc.Lu.. Matheus cap.20.C.

ET ASCENDENS IESVS Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto, & ait illis. Ecce aſcẽdim⁹ Hieroſolymã, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis,& condemnabit eum morte & ad tradendũ eũ gẽtibus ad illudendũ & flagellandũ & crucifigẽdum,& tertia die reſurget. Marc.cap.10.E. C

ERant autem in via aſcendentes Hieroſolymam,& præcedebat illos IESVS.& ſtupebãt & ſequentes timebant. Et aſſumẽs iterum duodecim, cœpit illis dicere que eſſent ei ventura. Quia ecce aſcendimus Hieroſolymam & filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ & ſcribis & ſenioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum,& interficient eum,& tertia die reſurget. Lucas cap.18.F. E

ASſumpſit aũt IESVS duodecim, & ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymã,& cõſummabũtur oĩa que ſcripta ſunt per prophetas De filio hoĩs.tradetur enim gẽtibus,& illudetur,& flagellabitur,& cõſpuetur,& poſquã flagellauerint,occidẽt eum die & tertia reſurget. Et ipſi, nihil horum intellexerunt,& erat verbum iſtud abſcõditum ab F

ςis,& non intelligebant quæ dicebantur.

Rubrica.cxiiii.de filiorum Zebedæi, per matrem petitione, vt vnus ſedeat ad dexteram,& alius ad ſiniſtram.Quibus I E S.V S.Poteſtis (ait) bibere calicem &c. Math.Marc.

Mathæus cap.20.D.

D V N C acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis,adorãs & petẽs aliquid ab eo.Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filii mei,vnus ad dexteram tuã, alius ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autẽ I E S V S,dixit.Neſcitis quid petatis.Poteſtis bibere calicem,quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei.Poſſumus. Ait illis.Calicem quidem meũ bibetis, ſedere autem ad dexteram meam & ſiniſtram , non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.I E S V S autem vocauit eos ad ſe,& ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum,& qui maiores ſunt,poteſtatẽ exercent in eos Non ita erit inter vos, ſed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus, ſicut filius hominis non venit miniſtrari,ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis.

F Marcus cap.10.F.

ET accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filii

Zebedæi,dicentes. Magister,volumus vt quodcũque petierimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis,vt faciã vobis? Et dixerũt.Da nobis vt vnus ad dexteram tuam,& aliu ad sinistrã tuam,sedeamus in gloria tua.I E S V S autem ait eis. Nescitis quid petatis,potestis bibere calicem quem ego bibo,aut baptismo quo ego baptizor,baptizari? At illi dixerũt ei.Possumus.I E S V S autem ait eis. Calicem quidem quem ego bibo bibetis,& baptismo quo ego baptizor baptizabimini,sedere autem ad dexteram meam,vel ad sinistram,non est meũ dare vobis,sed quibus paratum est. Et audientes decem,indignati sunt de Iacôbo & Ioanne.I E S VS autem vocans eos,ait illis.Scitis quia hi qui videntur principari gentibus,dominãtur eis,& principes eorum,potestatem habent ipsorum.Non ita est autem in vobis,sed quicunq; voluerit fieri maior,erit vester minister,& quicũq; voluerit in vobis primus esse,erit omni seruus.Nam & filius hominis nonvenit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis.

Rubrica. cxv. de cæcorum in Hiericho egressu illuminatione clamãtibus illis.Domine miserere nostri fili Dauid. Mat.Mar.Luc.

Mathæus cap.10.D.

ET egredientibus illis ab Hiericho,secuta est eum turba multa,& ecce duo cœci sedentes secus viam,audierunt quia I E S V S transi

ret,& clamauerũt,dicentes. Domine,miserere nostri,fili Dauid.Turba autẽ increpabat eos vt tacerẽt.At illi magis clamabãt,dicentes.Domine miserere nostri,fili Dauid.Et stetit I E S V S,&.vocauit eos,& ait.Quid vultis vt faciam vobis?Dicunt illi. Domine,vt aperiãtur oculi nostri.Misertus aũt eorum I E S V S,tetigit oculos eorũ.Et confestim viderunt,& secuti sunt eum. Marc.cap.10.G.

G ET veniũt Hiericho, & proficiscẽte eo de Hierico,& discipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cœcus,sedebat iuxta viam mẽdicans.Qui cũ audisset,quia I E S V S Nazarenus est,cœpit clamare & dicere.I E S V fili Dauid, miserere mei.Et cõminabãtur ei multi, vt taceret. At ille multo magis clamabat. Fili Dauid,miserere mei.Et stans I E S V S, præcepit illum vocari. Et vocant cœcum, dicentes ei. Animæquior esto, surge vocat te.Qui proiecto vestimẽto suo exiliẽs, venit ad eũ.Et respondẽs I E S V S,dixit illi. Quid tibi vis faciã.Cœcus aũt dixit ei.Rabboni vt videã. I E S V S ait illi. Vade,fides tua te saluum fecit.Et confestim vidit,& sequebatur eum in via.

Lucas cap.18.G.

G FActum est autẽ,cũ appropinquaret Hiericho, cœcus quidã sedebat secus viam,mendicans. Et cũ audiret turbã prætereũtẽ, interrogabat quid hoc esset.Dixerunt aũt ei,quòd I E S V S Nazarenus trãsiret.Et clamauit,dicẽs.I E S V, fili Dauid miserere mei.Et qui præibãt,increpabãt eũ,vt tace

ret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili Dauid, miserere mei. Stans aũt I E S V S, iussit illũ adduci ad se. Et cũ appropinquasset, interrogauit illum, dicẽs. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Domine, vt videam. Et I E S V S dixit illi. Respice, Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illũ, magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo.

Rubrica. cxvi. de Zacheo Iesum videre cupienti, Cui I E S V S dixit Zachæe, festinãs descende &c. Lucas solus cap. 19. A. B.

A
ET ingressus perãbulabat giericho & ecce vir nomine zachæus, & hic princeps erat publicanorũ, & ipse diues, & quærebat videre IESVM quis esset, & nõ poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrẽs, ascẽdit in ardorẽ sycomorũ, vt videret eũ, quia inde erat trãsiturus. Et cũ venisset ad locũ, suspiciẽs IESVS vidit illũ, & dixit ad eũ. Zachæe, festinãs descẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinãs descẽdit & excepit illũ gaudẽs. Et cũ viderẽt oẽs murmurabãt, dicẽtes, quòd ad hominẽ pctõrẽ diuertisset. Stãs
B
aũt zachæus, dixit ad dominũ. Ecce, dimidiũ bonorũ meorũ domine do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eũ. Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quęrerę & saluum facere quod perierat.

Rubrica.cxvii.de Iesu in Bethaniam aduētu,vbi facta est sibi cœna & super eius caput effuso vnguēto indignati apostoli murmurabūt. Math.Marc.Ioan. Mathæus cap.26.A.

A 
VM autē IESVS esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrū vnguenti preciosi,& effudit super caput ipsius recūbentis. Videntes autē discipuli,indignati sunt,dicentes. Vt quid perditio hæc?potuit enim istud vænūdari multo,& dari pauperibus.Sciens autem IESVS,ait illis.Quid molesti estis huic mulieri?opus enim bonū operata est in me,nam semper pauperes habetis vobiscum,me autem non semper habetis.Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum,ad sepeliēdum me, fecit.Amen dico vobis,vbicunq; prædicatū fuerit hoc euangeliū in toto mundo,dicetur quod & hæc fecit in memoriam eius.

Marchus cap.14.A.

A ET cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi,& recumberet,venit mulier habens alabastrū vnguēti nardi pisticæ preciosi,& fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos,& dicētes. Vt quid perditio ista vnguenti facta est?Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denariis,& dari pauperibus.Et fremebant in eā. IESVS autem dixit. Sinite eam, quid illi moleſt

estis? Bonum opus operata est in me, semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere, me autem non semper habetis. Quod habuit hæc, fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. Ioannes cap.12.A.C.

IESVS ergo, ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit IESVS, fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisticæ preciosi, & vnxit pedes IESV, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habēs ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo IESVS. Sine illam, in diem sepulturæ meæ seruauit illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis. A C

Rubrica.cxviii. de sacerdotum principum peruersitate, qui & Lazarum interficere meditati sunt. Ioannes solus cap.12.B


OGNOVIT ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & venerunt non propter IESVM tātum, sed vt Lazarum viderēt quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in IESVM.

B

Rubrica. cxix. de sedentis IESV super asinam aut pullum in Hierusalem aduentu, honoréq; sibi impenso clamantibus turbis. Benedictus qui venit &c. Math. Marc. Luc. Ioan.

Mathæus cap. 21. A.

A ET cū appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tūc IESVS misit duos discipulos, dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi, & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem. Dicite filiæ syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedēs super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes aūt discipuli, fecerūt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerūt asinā & pullū, & imposuerūt sup eos vestimēta sua, & eū desuper sedere fecerunt. Plurima aūt turba strauerūt vestimēta sua in via, alii aūt cædebāt ramos de arboribus, & sternebāt in via. Tur

bæ aũt quæ præcedebãt,& quæ ſequebãtur,clama bãt,dicẽtes.Hoſanna filio Dauid,Benedictus qui ve nit in nomine domini,oſanna in altiſſimis.

Marc.ca.11.A.

ET cum appropinquarẽt Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montẽ oliuarũ mittit duos diſcipu lis ſuis,& uit illis.Ite in caſtellũ quod cõtra vos eſt, & ſtatim iintroeũtes illũ,inuenietis pullũm ligatũ, ſupar quẽmo adhuc homini ſedit,ſoluite illũ,& adducite.Et ſi quis vobis dixerit.Quid facitis?Dicite quia domino neceſſarius eſt,& cõtinuo illũ dimittet hnc.Et abeũtes,inuenerũt pullũ ligatũ ante ianuam foris in biuio,& ſoluũt eum.Et qeidam de il lic ſtantibus,dicebãt illis.Quid facitis,ſoluẽtes pul lum.Qui dixerũt eis,ſicut præceperat illis IESVS, & dimiſerũt eos.Et duxerunt pullũ ad IESVM, & imponũt illi veſtimẽta ſua & ſedit ſuper eũ. Multi aũt veſtimẽta ſua ſtrauerũt in via,alii aũt froades cædebãt de arboribus,& ſterpebant in via.Et qui præibant& qui ſequebãtur clamabant,dicẽtes.Ho ſanna,benedictus qui venit in nomine domini.Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid, hoſanna in excelſis. Lucas cap.19.E.F. A

ET factum eſt cum appropinquaſſet ad Bethphage & Bethaniam,ad montem qui vocatur Olueti, miſit duos diſcipulos ſuos,dicens. Ite in caſtellum quod contra vos eſt, in quod introeuntẽs inuenietis pullum aſinæ alligatum,cui nemo vnquam hominum ſedit, ſoluite illum,& adducite.Et ſi quis vos interrogauerit,quare ſoluitis? A

ſic dicetis ei. Quia dominus opera in eius deſyde=
rat. Abierunt autem qui miſſi erant: & inuenerunt
ſicut dixit illis, ſtantem pullum. Soluentibus autem
illis pullum, dixerunt domini eius ad illos. Quid
F ſoluitis pullum? At illi dixerunt. Quia dominus eũ
neceſſarium habet. Et duxerũt illum ad IESVM.
Et iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, impo=
ſuerunt IESVM. Eunte autem illo ſubſternebant
veſtimenta ſua in via. Et cum appropinquaret iam
ad deſcẽſum montis Olıueti: cœperunt omnes tur
bæ deſcendentium gaudentes laudare deum voce
magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus, di=
centes. Benedictus qui venit rex in nomine domi
ni, pax in cœlo & gloria in excelſis. Et quidam Pha
riſæorum de turbis Dixerunt ad illum. Magiſter,
increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait. Dico vo=
bis quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.

Ioannes cap. 12. C.

C IN craſtinum autem turba multa quæ venerat
addit in feſtum, cũ audiſſet. Quia venit IESVS
Hieroſolymam: acceperunt ramos palmarum,
& proceſſerunt obuiam ei, & clamabant. Hoſanna
benedictus qui venit in nomine domini, rex Iſrael
Et inuenit IESVS aſellum: & ſedit ſuper eum, ſicut
ſcriptum eſt. Noli timere filia Syon: ecce rex tuus
venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc non cogno
uerunt diſcipuli eius primum: ſed quando glorifica=

tus est IESVS, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.

Rubrica.cxx. de Iesu fletu super Hierusalem.

Lucas solus cap.19.G.



T vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te; & coangustabunt te vndiq;, & terra prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. G

Rubrica.cxxi. de secunda vendentiũ & ementium de templo eiectione dicente illo; Scriptum est. Domus mea domus oratiõis vocabitur. Vos autem fecistis illã speluncam latronum. Matheus. Marcus. Lucas.

Math.cap.21.B.

B T cum intrasset Hierosolymam,cõ mota est vniuersa ciuitas, dicens. Quis est hic?populi autem, dicebãt. Hic est IESVS propheta à Nazaret Galilææ.Et intrauit IESVS In templum dei: & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo,& mensas numulariorum & cathedras vendentium:columbas euertit, & dicit eis. Scriptum est.Domus mea,Domus orationis vocabitur:vos autem fecistis illam,speluncam latronũ. Et accesserunt ad eum cœci,& claudi in templo:& sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes. Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? IESVS autem dicit eis.Vtiq; nunquàm legistis, Quia ex ore infantium & lactãtium perfecisti laudem.Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam ibiq; mansit.

Marcus cap.11.B.C.

B ET introiuit Hierosolymam in tẽplũ:& circũspectis omnibus cum iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.Et aliquibus interpositis.Et veniũt Hierosolymã. Et cũ introisset in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes
C in templo, & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, & non sinebat vt quisquàm transferret vas per templum: & doce-

bat, Dicens eis. Nonne ſcriptum eſt. Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum quo audito, principes ſacerdotum & ſcribæ quærebant quomodo eum perderent. timebant enim eũ: quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.

Lucas cap. 19. G.

G ET egreſſus in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes dicẽs illis. Scriptum eſt. Quia domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem ſacerdotum & ſcribæ & principes plæbis quærebant illum perdere: & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus, erat, audiens illum.

Rubrica. cxxii. de gentilibus Ieſum videre volentibus & de eius prædicatione qua ſe grano frumenti comparauit, petuntq; à patre clarificari &c.

Ioannes ſolus cap. 12. D. E.

D ERANT autẽ quidã gentiles ex his qui aſcẽderãt vt adorarẽt in die feſto. E Hi ergo acceſſerunt ad Philippũ qui erat à Bethſaida Galilææ, & Rogabãt eũ, dicẽtes. Domĩe, volumus IESVM videre. Venit Philippus, & dicit Andrææ. Andræas

rursum & Philippus dixerunt IESV. IESVS autem Respondit eis, dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternã custodit eã. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo dicens, Et clarificaui & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum, Alii autem dicebant.
E Angelus ei locutus est. Respondit IESVS, & dixit. Non propter me hæc vox venit sed propter vos. Nunc iudicium est mũdi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia CHRISTVS manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? & quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis IESVS. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ compræhendãt & qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dum lucem habetis, cre-

dite in lucem, vt filii lucis sitis. Hæc locutus est IESVS: & abiit & abscondit se ab eis.

Rubrica.cxxiii. de fici arbore in qua non inuēto à IESV esuriente fructu eámq; coram discipulis maledicente arefacta est Math.Marc.

Matheus cap.21.B.C.



MANE autem reuertens in ciuitatem, esuriit. Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi. Nunquàm ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt dicētes. Quo modo continuo aruit? Respondens autem IESVS, ait eis. Amen dico vobis, si habueritis fidem & non hesitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis. Tolle & iacta te in mare: fiet. Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes accipietis. B C

Marcus cap.11.B.C.

ET alia die cum exirent à Bethania, esuriit. Cumq; vidisset à longe ficū habentem folia: venit, si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia non enim erat tempus ficorum. Et respondens, dixit ei. Iā nō amplius in æternū ex te fructum quispiam manducet. B

¶ Et audiebant discipuli eius. Et aliquibus interpositis. Et cum mane transirent: viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens IESVS, ait illis. Habete fidem dei. Amen dico vobis quia quicunq; dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & nõ hesitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cũ stabitis ad orandum Dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra.

Rubrica.cxxiiii.de duabus questionibus: alia IESV à sacerdotum principibus in templo facta alia vero à IESV Ipsis sacerdotũ principibus. Matheus. Marcus. Lucus.

Mathæus cap.21.C.

¶ 
T cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes. In qua potestate hec facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? respondens autem IESVS, dixit eis. Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus oa nis vnde erat: è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicẽtes. Si dixerimus è cœlo

dicet nobis. Quare ergo non credidiſtis illi? Si aũt dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omne enim habent Ioannem ſicut prophetam. Et reſpondentes IESV dixerunt. Neſcimus. Ait illis & ipſe. Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

Marcus cap.11. D.

D ET veniunt rurſus Hieroſolymam. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum ſummi ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores, & dicũt ei. In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem vt iſta facias? IESVS autem reſpondes, ait illis. Interrogabo vos & ego vnum verbum & reſpondete mihi: & dicã vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis, de cœlo erat an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabant ſecum, dicentes. Si dixerimus de cœlo, dicet nobis Quare ergo non credidiſtis ei? Si dixerimus ex hominibus: timemus populum: omnes enim habebãt Ioannem quia vere propheta eſſet. Et reſpondentes Dicũt IESV. Neſcimus. Et reſpõdens IESVS, ait illis. Neq; ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.

Lucas cap.20. A.

A ET factum eſt: in vna dierum docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes ſacerdotum & ſcribæ cum ſenioribus, & aiunt dicentes ad illum. Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis? aut quis eſt qui dedit

tibi hanc poteſtatem? Reſpondens autẽ IESVS, dixit ad illos. Interrogabo vos & ego vnum verbũ reſpondete mihi. Baptiſmus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe, dicentes. Quia ſi dixerimus de cœlo, dicet. Quare ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuerſa lapidabit nos, certi ſunt enim, C Ioannem prophetam eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et IESVS ait illis. Neq; ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio.

Rubrica.cxxv. de cuiuſdam hoïs duobus filiis, quibus iubente patre vt irent in vineã quorum qui ire promiſit non iuit, & ille qui non promiſit, iuit &c.

Mathæus ſolus cap.21.C.




C QVID autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit. Fili, vade hodie operari in vinea mea. Ille autem reſpondẽs, ait. Nolo. Poſtea autem pœnitẽtia motus, abiit. Accedens autem ad alterũ, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait. Eo domine, Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem pa-

A tris? Dicunt ei. Primus. Dicit illis IESVS. Amen dico vobis, quia Publicani & meretrices præcedũt vos in regno dei. Venit enim ad vos Ioãnes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei, Publicani aũt & meretrices crediderunt ei, vos aũt vidẽtes, nec pœniten

tiam habuistis, postea vt crederetis ei.

Rubrica. cxxvi. de iudice iniquo qui neq; deũ timebat, neq; hominẽ reuerebatur viduam tamen eum obsecrantem exaudiuit. Nec non de Pharisæo & Publicano orantibus &c.

Lucas solus cap. 18. A. B. C.



ICEBAT autẽ & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere, dicẽs. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deũ non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autẽ quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eũ, dicẽs. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se. Et si deum non timeo, nec hominẽ reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamãtium ad se die ac nocte, & patiẽtiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Dixit aũt & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens. Duo homines ascendebant in tẽplum vt orarent, vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat. Deus gratias ago tibi, quia nõ sum A B

C ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, ve-
lut etiam hic Publicanus, ieiuno bis in ſabbato, de-
cimas do omniũ quæ poſſideo. Et Publicanus à lõ-
ge ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed
percutiebat pectus ſuum, dicens. Deus, propicius e-
ſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſti-
ficatus in domũ ſuam ab illo, quia omnis qui ſe ex-
altat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Rubrica.cxxvii. de parabola locatę vineæ agricolis, qui patriſfamiliâs ſeruos, imo filiũ hæredem occiderunt &c. Mathæus, Marcus, Lucas.

Mathæus cap.21.D.

D LIAM parabolã audite. Homo e-
rat paterfamiliâs qui plantauit vineã,
& ſepem circũdedit ei, & fodit in ea
torcular, & ædificauit turrim, & loca-
uit eã agricolis, & peregre profectus
eſt. Cum autem tẽpus fructuum appropinquaſſet,
miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fru-
ctus eius. Et agricolæ appræhẽſis ſeruis eius, alium
ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaue-
rũt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fe
cerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem, miſit ad eos
filium ſuum, dicens. Verebũtur filium meum. Agri
colæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe. Hic

est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et appræhensum eum eiecerũt extra vineam, & occiderũt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis I E S V S. Nunquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istum, confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

Marcus cap. 12. A.

ET cœpit illis in parabolis loqui. Vineam pastinauit homo, Et circundedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui appræhensum eum ceciderunt, & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum, & illum in capite vulnerauerunt, & contumeliis affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderũt, & plures alios quosdam cedentes, alios vero occidentes. Adhuc ergo

habens vnum filium chariſſimum, & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens. Quia reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt adinuicem. Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Et appræhendẽtes eum occiderunt, & eiecerũt extra vineã. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineam aliis. Nec ſcripturam hanc legiſtis. Lapidem quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbã cognouerũt enim, quoniam ad eos parabolam hãc direxit. Et relicto eo abierunt.

Lucas cap. 20. B. C.

B Coepit aũt dicere ad plebem, parabolam hãc. Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipſe peregre fuit multis tẽporibus. Et in tempore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum inanem. Et addidit alterum ſeruum mittere. Illi autem hunc quoq; cædentes & afficiẽtes contumelia, dimiſerunt inanem. Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus vineæ. Quid faciam? mittam filium meum dile

C ctum, forſitan cum hunc viderint, verebuntur. Quẽ cum vidiſſent coloni cogitauerunt intra ſe, dicentes. Hic eſt hæres, occidamus illũ, vt noſtra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra vineam, occiderũt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? veniet &

perdet colonos istos,& dabit vineā aliis. Quo au=
dito dixerunt illi. Absit. Ille autem aspiciēs eos, ait.
Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidē quē
reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput
anguli? Omnis qui ceciderit super illum lapidē, con
quassabitur: supra quem aūt ceciderit, comminuet
illum. Et quærebant principes sacerdotum & Scri
bæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt
populum, cognouerunt enim quod ad hos dixerit
similitudinem hanc.

Rubrica.cxxviii.de calumniosa Phari sæorum cum Herodianis ad I E S V M quæstio= ne. Si licet tributum dari Cæsari, an non? Math. Marc. Luc. Mathæus cap.zz.B.



V N C abeuntes Pharisæi, cōsilium B
inierunt, vt caperēt eum in sermo=
ne. Et mittunt ei discipulos suos cū
Herodianis, dicentes. Magister, sci=
mus quia verax es, & viam dei in ve
ritate doces, & nō est tibi cura de aliquo, non enim
respicis personam hominum, dic ergo nobis quid ti
bi videtur, licet cēsum dare Cæsari, an non? Cogni
ta aūt I E S V S nequitia eorū, ait. Quid me tētatis
hypocritæ? ostēdite mihi numisma cēsus. At illi ob=
tulerūt ei denarium. Et ait illis I E S V S. Cuius est
imago hæc, & superscriptio? Dicūt ei. Cæsaris, Tūc
ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &
quæ sunt dei, deo. Et audientes mirati sunt, & reli=

cto eo abierunt.

Marcus cap.12.B.

B ET mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis, vt eũ caperent in verbo. Qui venientes, dicunt ei. Magister, scimus quia verax es, & non curas quenquam, nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam dei doces. Licet dare tributum Cæsari, an non dabimus? Qui sciens versutiam illorum, ait illis. Quid me tentatis? afferte mihi denarium, vt videam. At illi obtulerũt ei. Et ait illis. Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei. Cæsaris. Respondens autem IESVS, dixit illis. Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et mirabantur super eo.

Lucas cap.20.D.

D ET obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes. Magister, scimus quia recte dicis & doces, & non accipis personam, sed viam dei in veritate doces. Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Cõsyderans autem dolum illorũ, dixit ad eos. Quid me tentatis? ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes, dixerunt ei. Cæsaris. Et ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plæbe, & mirati in responso eius, tacuerunt.

Rubrica.cxxix.de Sadducçorũ ad IESVM quæstione,de muliere ſeptẽuira,cuius erit in reſurrectione de ſeptem vxor.Math.Mar. Lucas. Mathæus cap.zz.C.



LLO die acceſſerũt ad eum Sadducæi,qui dicũt non eſſe reſurrectionẽ, & interrogauerũt eũ,dicẽtes.Magiſter,Moyſes dixit.Si quis mortuꝰ fuérit nõ habẽs filiũ,vt ducat frater eius vxorẽ illius,& ſuſcitet ſemẽ fratri ſuo.Erant aũt apud nos ſeptẽ fratres,& primus vxore ducta defunctus eſt,& nõ habẽs ſemẽ.Reliquit vxorẽ ſuã fratri ſuo.Similiter ſecũdus& tertius,vſq; ad ſeptimũ.Nouiſſime aũt omniũ & mulier defũcta eſt.In reſurrectiõe ergo,cuius erit de ſeptẽ vxor?oẽs enim habuerũt eã.Reſpõdẽs aũt IESVS,ait illis.Erratis neſciẽtes ſcripturas,neq; virtutẽ dei.In reſurrectione ənim neq; nubẽt,neq; nubẽtur, ſed ſunt ſicut angeli dei in cœlo.De reſurrectione aũt mortuorũ non legiſtis quod dictũ eſt à deo,dicẽte vobis.Ego ſum deus Abraham,& deus Iſaac,& deus Iacob?Nõ eſt deus mortuorum,ſed viuentium.Et audientes turbæ,mirabantur in doctrina eius.

Marcus cap.iz.B.

ET venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe, & interrogabant eũ,dicẽtes. Magiſter,Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater mortuus fuerit & dimiſerit vxorẽ,

& filios reliquærit: accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semẽ fratri suo. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem: & nõ reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem: Et respondens IESVS, ait illis. Nonne ideo erratis, non scientes scripturas neq; virtutem dei? Cum enim à mortuis resurrexerint, neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis autem quod resurgant, non legistis in libro Moysis, super Rubũ quomodo dixerit illi deus, inquiens. Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis.

Lucas cap. 20. E. F.

B ACcesserunt autẽ quidam Sadducæorum qui negant esse resurrectionem, & interrogauerũt eum, dicentes. Magister, Moyses scripsit nobis. Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erãt: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filiis. Et sequens accepit illam: & ipse mor-

tuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem: & nõ reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omnium, mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor siquidem septem habuerunt eam vxorem? Et ait illis IESVS. filii huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi vero qui digni habebũtur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neq; ducent vxores, neq; vltra mori poterunt æquales enim angelis sunt, & filii sunt dei, cum sint filii resurrectionis. Quod vero resurgant mortui, & Moyses ostẽdit secus Rubum, sicut dicit dominum deum Abraham, & deum Isaac, & deum Iacob. Deus autem nõ est mortuorum, sed viuorum omnes enim viuunt ei. Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei. Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquàm interrogare. F

Rubrica. cxxx. de Pharisæi dolosa ad IESVM quæstione quod est magnum mandatum in lege Matheus. Marcus.

Matheus cap. 20. D.

PHarisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis: conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi IESVS. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota D

mente tua. Hoc est maximum & primum manda-tū, Secundum autem simile est huic. Diliges proxi-mum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

Marcus cap. 12. C.

G ET accessit vnus de scribis qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis responderit, interrogauit eū quod esset pri-mum omnium mandatum. IESVS autē respondit ei quia primum omnium mandatum est. Audi Is-rael, Dominus deus tuus, deus vnus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximū tuum tanquam teip-sum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba. Bene, magister, in veritate dixisti, quia vnus est deus, & nō est alius præter eum. Et vt dili gatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex to-ta anima, & ex tota fortitudine, & diligere proxi-mum tanquàm seipsum: maius est omnibus holo-caustomatibus & sacrificiis. IESVS autem videns quod sapienter respondisset: dixit illi. Non es lon-ge à regno dei. Et nemo iam audebat eum inter-rogare.

Rubrica. cxxxi. de Phariseorum inter regatione. Quando venit regnum dei.

Lucas solus cap.17.E.


NTERROGATVS autem à Pharisæis quando venit regnum dei. B
Respondens eis dixit. Non veniet regnum dei cum obseruatione: neq; dicent. Ecce hic aut ecce illic, Ecce enim regnum dei intra vos est,

Rubrica.cxxxii.de Iesu ad Phariseos interrogatione. CHRISTVS cuius filius est: Mathæus. Marcus. Lucas.

Mathæus cap.22.D.


ONGREGATIS autem Pharisæis, interrogauit eos IESVS, dicens. Quid vobis videtur de CHRISTO? Cuius filius est? Dicunt ei. D
Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum? Dicens. Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum: neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Marcus cap.12.D.

ET respondens IESVS dicebat, docens in templo. Quomodo dicunt scribæ CHRISTVM filium esse Dauid? ipse enim Dauid dicit in spiritusancto. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos D

tuos, ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Dauid dicit eum dominum: & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.

Lucas cap.20.G.

G DIcit autẽ ad illos. Quomodo dicunt CHRISTVM, filium eſſe Dauid? Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorũ, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Dauid ergo dominum illum vocat: & quomodo filius eius eſt?

Rubrica. cxxxiii. de Imitanda Phariſæorum doctrina quorum tamen facta non ſunt facienda. Matheus. Marcus. Lucas.

Matheus cap.23.A.

A 

VNC IESVS locutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens ſuper cathedram Moyſis ſederũt ſcribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcũque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere. Dicũt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus. dilatant enim philateria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in

foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi, vnus est enim magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri quia magister vester, vnus est CHRISTVS. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Marcus cap.12.D.

ET dicebat eis in doctrina sua. Cauete à scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & ĩ primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipiunt prolixius iudicium. D

Lucas cap.20.G.

AVdiente autem omni populo, dixit discipulis suis. Attendite à scribis volunt ambulare in stolis. & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cõuiuiis: qui deuorant domos viduarum: simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem. G

Rubrica.cxxxiiii.de væ multiplici cõtra scribas & Pharisæos. Mathæus. Lucas.

Mathæus cap.23.B.C.D.

B AE autem vobis scribe & Pharisæi hypocritę: quia clauditis regnū cœlorum ante homines. Vos enim nō intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis scribe & Pharisæi hypocrite: qui comeditis domos viduarum, orationę longa orantes propter hoc amplius accipietis iudiciū. Væ vobis scribe & Pharisæi hypocrite: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnumproselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cœci, qui dicitis. Quicunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti & cœci, quod enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit

C altari, nihil est: quicunq; autem iurauerit in dono quod est sup illud, debet. Cœci, quod enim maius est donum, an altarę quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunq; iurauerit in templo: iurat in illo & in eo qui habitat in ipso & qui iurat in cœlo: iurat in throno dei & in eo qui sedet super eum. Væ vobis scribe & Pharisæi hypocrite: quia decimatis mentam & anethum & cyminū & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iuditium & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa nō

omittere. Duces cœci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis scribe & pharisæi hypocrite: quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditie. Pharisæe cœce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis vt fiat & id quod deforis est, mundum. Væ vobis scribe & Pharisæi hypocrite quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris patent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia: sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Væ vobis scribe & Pharisæi hypocrite: quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis vobismetipsis quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum: quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: & veniat super omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinē Zachariæ filii Barachiæ quem occidistis inter templum &

D

altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super
generationem istam. Hierusalem Hierusalem, quæ
occid's prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sũt,
quoties volui congregare filios tuos, quemadmo-
dum gallina congregat pullos suos sub alas, & no-
luisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deser-
ta. Dico enim vobis, non me videbitis à modo do-
nec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domi-
ni. Lucas cap. 11. G.
G SEd væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam
& rutam & omne olus, præteritis iudiciũ & cha
ritatem dei, hæc autem oportuit facere, & illa non
omittere. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas
cathedras in synagogis, & salutationes in foro, Væ
vobis, quia estis vt monumẽta quæ nõ parẽt, & ho-
mines ambulantes supra nesciũt. Respondens aũt
quidam ex legisperitis, ait illi. Magister, hæc dicens
etiam contumeliam nobis facis. At ille ait. Et vo-
bis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus
quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro
non tangitis sarcinas. Væ vobis qui ædificatis mo
numenta prophetarum, patres autem vestri occide
runt illos, profecto testificamini quod consentitis
operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem
eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepul-
chra. Propterea & sapientia dei dixit. Mittam ad il
los prophetas & apostolos, & ex illis occidẽt & per
sequentur, vt inquiratur sanguis omnium propheta
rum, qui effusus est à constitutione mundi, à genera

tione ista, à sanguine Abel vsq; ad sanguinem Za
chariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vo
bis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis legis
peritis qui tulistis clauē scientiæ, ipsi non introistis,
& eos qui introibant prohibuistis. Cum hæc ad il-
los diceret, cœperunt Pharisæi & legisperiti graui-
ter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiā-
tes ei & quærētes aliquid capere ex ore eius, vt ac
cusarent eum. Et cap.13. G. Hierusalem Hieru- G
salem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mit
tuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos,
quemadmodum auis nidum suum sub pēnis, & no
luisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deser-
ta. Dico aūt vobis, quia nō videbitis me, donec ve
niat cum dicetis, Benedictus qui venit, in nomine
domini.

Rubrica.cxxxv. de multis offerētibus in Gazophylacio, inter quos vidua pauper quæ duo minuta obtulit plus omnibus à I E S V ob tulisse laudata est. Marc. Luc.

Marcus cap.12.D.



ET sedens I E S V S contra Gazophy D
lacium, aspiciebat quomodo turba
iactaret eos in Gazophylaciū, & mul
ti diuites iactabant multa. Cū venis
set autē vidua vna pauper, misit duo
minuta, quod est quadrans. Et cōuocans discipulos
suos, ait illis. Amen dico vobis, quoniam vidua hæc

pauper plus omnibus misit, qui miserunt in Gazo=
phylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat il
lis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ
habuit misit, totumq; victum suum.

Lucas cap. 21. A.

A RESpiciens autem, vidit eos qui mittebant mu
nera sua in Gazophylacium diuites. Vidit au
tem & quandam viduam pauperculam, mittentem
æra minuta duo. Et dixit. Vere dico vobis, quia vi=
dua hæc pauper, plus quàm omnes misit. nam om=
nes hi, ex abundanti sibi miserunt in munera dei,
hæc aũt ex eo quod deest illi, omnem victum suum
quem habuit misit.

Rubrica. cxxxvi. de IESV euersio=
nem Hierusalem prædicente, discipulis ædifica=
tiones templi sibi ostendentibus. Quiq; finalis
iudicii signa designat. Math. Marc. Lucas.

Mathæus cap. 24. A. B. C. D.



A ET egressus IESVS de tẽplo, ibat.
Et accesserunt discipuli eius vt osten
derẽt ei ædificationes templi. Ipse au
tem respondẽs, dixit illis. Videtis hæc
omnia? Amen dico vobis, non relin=
quetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.
Sedente autem eo super montem oliueti, accesse=
runt ad eum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis,
quando hæc erũt? & quod signũ aduentus tui, & cõ
summationis seculi? Respondẽs IESVS, dixit eis.

Videte,ne quis vos ſeducat,multi enim venient in nomine meo,dicentes.Ego ſum CHRISTVS, & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorum. Videte ne turbemini, oportet enim hæc fieri,ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem,& regnũ in regnum,& erunt peſtilentiæ,& fames,& terræmotus per loca. Hæc autem omnia,initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem,& occident vos,& eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent,& odio habebunt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent,& ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorum, qui autem perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe,in teſtimonium omnibus gentibus,& tunc veniet conſummatio. Cum ergo videritis abhominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto(qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbato, erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi,nõ fieret ſalua omnis caro,ſed propter B

electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit. Ecce hic est CHRISTVS, aut illic, nolite credere, surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite
C credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret vsque in occidentem, ita erit & aduentus filii hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationẽ dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum cõmouebuntur, & tunc parebit signũ filii hominis in cœlo, & tunc plãgent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cũ virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & cõgregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorũ vsq; ad terminos eorũ. Ab arbore autem fisci, discite parabolã, cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas, ita & vos, cũ videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amẽ dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiãt. Cœlum & terra transibunt, verba aũt mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, nisi solus pater.
D Sicut autem in diebus Noe, ita ërit & aduentus filii hominis, sicut enim erant in diebus ante dilu-

uium comedentes & bibentes,nubētes & nuptui tradentes,vſque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam,& non cognouerunt donecvenit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filii hominis. Tunc duo erūt in agro,vnus aſſumetur, & vnus relinquetur,duæ molentes in mola,vna aſſumetur,& vna relinquetur,duo in lecto,vnus aſſumetur,& vnus relinquetur.

Marcus cap.13.A.B.C.

ET cum egrederetur de templo,ait illi vnus ex diſcipulis ſuis.Magiſter,aſpice quales lapides & quales ſtructuræ.Et reſpōdens I E S V S,ait illi. Vides has omnes magnas ædificationes? Nō relinquetur lapis ſuper lapidē qui nō deſtruatur. Et cum ſederet in monte oliuarū contra tēplum,interrogabant eum ſeparatim Petrus,& Iacobus,& Ioannes & Andreas.Dic nobis quādo iſta fient? & quod ſignum erit quādo hæc omnia incipient cōſummari? Et reſpondens I E S V S,cœpit dicere illis. Videte ne quis vos ſeducat,multi enim venient in nomine meo, dicētes.Quia ego ſum, & multos ſeducent. Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum,ne timueritis,oportet enim hæc fieri,ſed non dum finis.Exurget enim gēs contra gentem,& regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per loca,& fames initium dolorum hæc. Videte autem vosmetipſos. Tradent enim vos in conciliis,& in ſynagogis vapulabitis,& ante præſides & reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis. Et in om=

nes gentes primum oportet prædicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini, ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquamini. non enim vos eſtis loquentes, ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & conſurgent filii in parentes, & morte aſficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſaluus erit. Cum autem videritis abhominationem deſolationis, ſtantem vbi non debet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in montes, & qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo ſua, & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus vſque nūc,
C neque fient. Et niſi breuiaſſet dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro, ſed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Et tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt CHRISTVS, ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos. Vos ergo videte, Ecce prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum, &

stellæ cœli erunt decidẽtes,& virtutes quæ in cœlis sunt,mouebuntur. Et tunc videbunt filium hoĩs venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsque ad summum cœli.A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit,& nata fuerint folia,cognoscitis quia in proximo sit æstas, sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis.Amen dico vobis quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non trãsibunt.De die autem illo vel hora, nemo scit, neq; angeli in cœlo,neq; filius,nisi pater.

Lucas cap.21.B.C.D.E.

ET quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit. B
Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum,dicẽtes. Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient?Qui dixit.Videte ne seducamini:multi enim venient in nomine meo, dicentes. Quia ego sum, C
& tempus appropinquauit,nolite ire post eos. Cũ autem audieritis prælia & seditiones,nolite terreri oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gens

tem, & regnum aduersus regnum: & terræ motus
magni erunt per loca,& pestilentiæ,& fames:terro
résque,& signa de cœlo magna erũt.Sed ante hæc
omnia, inicient vobis manus suas & persequentur
tradentes in synagogas & custodias trahentes ad
reges & præsides propter nomen meum contin=
D get autem vobis in testimoniũ. Ponite ergo in cor
dibus vestris non præmeditari quemadmodum re
spondeatis,ego enim dabo vobis os & sapientiam
cui non poterunt resistere & contradicere omnes
aduersarii vestri.Trademini autem à parentibus &
fratribus & cognatis & amicis: & morte afficient
ex vobis & eritis odio omnibus propter nomen
meum, & capillus de capite vestro non peribit. In
B patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum
autem videritis circundari ab exercitu Hierusalẽ:
tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.
tunc qui in Iudæa sunt,fugiant ad montes & qui in
medio eius,discedant:& qui in regionibus: nõ in=
trent in eam quia dies vltionis hi sunt: vt impleari
tur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnanti=
bus & nutrientibus in illis diebus.erit enim præssu
ra magna super terram: & ira populo huic.Et ca=
dent in ore gladii: & captiui ducentur in omnes
gentes & Hierusalem calcabitur à gentibus: donec
impleantur tempora nationum. Et cap.17.F.G.Et
ait ad discipulos suos. Veniet. Dies quando desy=
F derabitis videre vnum diem filii hominis:& non vi=
debitis.Et dicent vobis.Ecce hic & ecce illic.No=

lite ire, neq; ſectemini nam ſicut fulgur coruſcans
de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt,fulget:ita erit
filius hominis in die ſua.Primum autem oportet il
lum multa pati, & reprobari à genaratione hac.
Et ſicut factum eſt in diebus Noe:ita erit & in die
bus filii hominis.Edebant & bibebant, vxores du-
cebant & dabantur ad nuptias vſq; in diem qua in
trauit Noe in arcam:& venit diluuium & perdidit
omnes.Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth.
Edebãt & bibebant, emebãt & vendebant,planta
bant & ædificabant:qua die autem exiit Loth à So
domis, pluit ignem & ſulphur de cœlo, & omnes G
perdidit:ſecundum hæc erit qua die filius hominis
reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto,& vaſa
eius in domo: ne deſcendat tollere illa & qui in
agro: ſimiliter non redeat retro. Memores eſtote
vxoris Loth quicunq; quæſierit animam ſuam ſal-
uam facere,perdet illam.Et quicunq; perdiderit il-
lam,viuificabit eam. Dico vobis,in illa nocte erũt
duo in lecto vno: vnus aſſumetur & alter relinque
tur.Duæ erunt molentes in vnum: vna aſſumetur
& altera relinquetur. Duo in agro: vnus aſſumetur
& alter relinquetur.Reſpondentes dicunt illi. Vbi
domine?Qui dixit illis. Vbicunq; fuerit corpus,il-
luc congregabuntur & aquilæ.

Et iterum cap.21.F .

ET erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & in-
terris preſſura gentium præ confuſione ſoni- F

tus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tūc videbunt' filium hominis venietem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. His autem fidei inci pientibus, suspicite & leuate capita veſtra: quoniā appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis simi= litudinem. Videte ficulneam & omnes arbores. Cū producunt iam exſe fructum. Scitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & vos cū videritis hæc fieri. Scitote quoniam prope eſt regnum dei. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra trāſibunt: verba autem mea non tranſibunt. Attendite autem vobis ne forte grauētur corda veſtra in crapula & obrietate & cu ris huius vitæ: & ſuperueniat in vos repentina di= es illa: tanquàm laqueus enim ſuperueniet in om= nes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigila= te itaq; omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, et ſtare ante fi= lium hominis.

Rubrica.cxxxvii.de diligenti vigilātia fidelis ſerui exemplo &c.Math.Marc.Lucas. Mathæus cap.24.D.

D VIGILATE ergo: quia neſcitis qua ho= ra dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote quoniā ſi ſciret pater familiâs qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtiq; & non ſine=

ret perfodi domum suam. Ideo & vos estote para-
ti: quia qua nescitis hora filius hoīs venturus est
Quis putas est fidelis seruus & prudēs, quē cōstituit
dominus super familiā suā, vt det illis cibū in tem-
pore? Beatus ille seruus quē cū venerit dn̄s eius, in-
uenerit sic facientē. Amen dico vobis: quoniā su-
per omnia bona cōstituit eū. Si autē dixerit malus
seruus ille in corde suo. Morā facit dominus meus
venire: & cœperit percutere conseruos suos, man-
ducet autē & bibat cum ebriosis: veniet dominus
serui illius in die qua nō sperat, & hora qua ignos-
rat, & diuidet eū, partémque eius ponet cū hypo-
critis. Illic erit fletus & strideo dentium.

Marcus cap. 13. D.

Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quādo D
tēpus sit. Sicut homo qui peregre profectus
reliquit domū suā: & dedit seruis suis potestatē cu-
iusq; operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate
ergo (nescitis enim quādo domin⁹ dom⁹ veniat: se
ro, an media nocte, an sub gallicātū, an mane) ne cū
venerit repēte, inueniat vos dormiētes. Quod aūt
vobis dico, oīb⁹ dico. Vigilate. Luc. cap. 13. E. F.

Sint lūbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes in E
manibus vestris: & vos, similes hoīb⁹ expectā-
tibus dominū suū quādo reuertatur à nuptiis, vt cū
vēerit & pulsauerit, cōfestim aperiāt ei. Beati serui
illi, quos cū venerit dominus, inuenerit vigilantes.
Amen dico vobis quod præcinget se, & faciet il-
los discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si

venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autẽ scitote quoniam si sciret pater familiâs qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Ait antem ei Petrus. Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit autem dominus. Quisputas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem, cum venerit, dominus inuenerit ita facientem: vere dico vobis quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo,
F Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit & non fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis. Qui autẽ non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum queretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Ignẽ veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur? Baptisma autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsquedum perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis:

ſed ſeparationem. Erunt enim ex hoc, quinque in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidentur pater in filium, & filius in patrem ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam.

Rubrica.cxxxviii.de parabola decem virginum quarum quinq; fatuæ erant & quinq; prudentes &c.

Mathæus ſolus cap.25.A.



VNC ſimile erit regnum cœlorũ decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas: exierũt obuiam ſpõſo. Quinq; autem ex eis, erãt fatuæ: & quinq; prudentes, ſed quinq; fatuæ: acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo: dormitauerunt omnes ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt. Ecce ſponſus venit exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerunt lampades ſuas. fatuæ autem, ſapientibus dixerũt. Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguntur. Reſponderunt prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potuis ad vendẽtes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniũt & reliquæ virgines, A

dicentes, Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque: quia nescitis diem neque horam.

Rubrica.cxxxix.de patre familias siue nobili hoīe qui vocatis seruis dedit eis decē talēta siue decē mnas vnicuiq; secūdū propriā virtutē &c. Math. Luc.

Mathæus cap.25.B.C.

B SICVT enim homo peregre proficiscēs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talēta, alii autē duo, alii vero vnū, vnicuiq; secūdū propriā virtutē, & profectus est statim. Abiit autē qui quinq; talenta acceperat: & operatus est in eis. Et lucratus est alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnū acceperat: abiens, fodit in terram, & abscondit pecuniā domini sui. Post multū vero tēporis venit dominus seruorū illorū, & posuit rationē cū eis. Et accedēs qui quinq; talēta acceperat, obtulit alia quinq; talēta, dicēs. Domine, quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; supèr lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supèr multa te cōstituā. Intra in gaudiū domini tui. Accessit autē & qui duo talēta acceperat, & ait. Domine duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo supèr lucratus sum. Ait illis dominus eius. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te consti

tuá. Intra in gaudiũ domini tui. Accedens autẽ & G
qui vnum talentũ acceperat, ait. Domine, ſcio quia
homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congre-
gas vbi non ſparſiſti, & timens abii, & abſcondi ta
lentum tuum in terra : ecce habes quod tuum eſt.
Reſpondens autem dominus eius, dixit ei. Serue
male & piger, ſciebas quia meto vbi non ſemino,
& congrego vbi non ſparſi: oportuit ergo te com
mittere pecuniã meam numulariis, & veniens ego
recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tol-
lite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet de-
cem talenta Omni enim habenti dabitur: & abun
dabit: ei autem qui non habet, & quod videtur ha-
bere auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eiicite in
tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dẽtiũ.

Lucas cap. 19. C.D.

HAEC illis audientibus adiiciens dixit para- C
bolam, eo quod eſſet prope Hieruſalem, &
quia exiſtimarent quod confeſtim regnum dei ma
nifeſtaretur. Dixit ergo. Homo quidã nobilis abiit
in regionẽ longinquã accipere ſibi regnum, & re-
uerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis de
cem mnas, & ait ad illos. Negociamini dum venio.
Ciues autem eius oderant eum: & miſerunt lega-
tionem poſt illũ, dicẽtes. Noluimus hunc regnare
ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno &
iuſſit vocari ſeruos. Quibus dedit pecuniã, vt ſciret
quantũ quiſq; negociatus eſſet. Venit aũt primus,
dicens, Domine, mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et

ait illi. Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fide
lis, eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates.
Et alter venit, dicens. Domine, mna tua fecit quin-
que mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinq; ciuita
tes. Et alter venit, dicẽs. Domine, ecce mna tua quã
habui repoſitam in ſudario, timui enim te, quia ho-
mo auſterus es, tollis quod non poſuiſti, & metis
quod non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico
D ſerue nequã, ſciebas quod ego homo auſterus ſum,
tollens quod non poſui, & metens quod non ſemi
naui, & quare non dediſti pecuniam meam ad men
ſam, & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem il
lud? Et aſtãtibus dixit. Auferte ab illo mnam, & da-
te illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domi
ne, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia om
ni habenti dabitur & abundabit, ab eo autem qui
non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Verun-
tamen inimicos meos, illos qui noluerũt me regna
re ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. Et
his dictis præcedebat aſcendens Hieroſolymam.

Rubrica. cxl. de generali iudicio, & malorum à bonis ſeparatione, & finali vtrorũq; ſententia. Math. ſolus cap. 25. D.



D CVM autem venerit filius hominis
in maieſtate ſua, & omnes angeli cũ
eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maie-
ſtatis ſuæ, & congregabuntur ante
eum omnes gentes, & ſeparabit eos

ab inuicem,ſicut paſtor ſegregat oues,ab hœdis,& ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare,ſitiui,& dediſtis mihi bibere,hoſpes eram,& collegiſtis me,nudus, & operuiſtis me,infirmus,& viſitaſtis me,in carcere eram,& veniſtis ad me. Tunc reſponderunt ei iuſti,dicētes. Domine,quando te vidimus eſurientē,& pauimus, ſitiētem,& dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem,& collegimus te,aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere,& venimus ad te? Et reſpondēs rex, dicet illis. Amen dico vobis,quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis;mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt. Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius,eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare,ſitiui,& nō dediſtis mihi potum, hoſpes eram,& non collegiſtis me,nudus,& non operuiſtis me,infirmus,& in carcere,& non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi,dicentes. Domine,quando te vidimus eſuriētem,aut ſitientem,aut hoſpitem,aut nudum,aut infirmum,aut in carcere,& nō miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis,dicens. Amen dico vobis,quandiu nō feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppliciū æternum, iuſti autem,in vitam æternam.

Rubrica. cxli. Quomodo I E S V S sine ocio tempus occupabat, & de Iudæorũ obstinatione. Lucas. Ioannes.

Lucas cap. 21. G. Quomodo I E S V S sine ocio tempus occupabat.

G R A T aũt diebus docẽs in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Et omnis populus mane ibat ad eum in tẽplo audire eum.

Ioannes cap. 12. F. G. De Iudæorũ obstinatione.

F CVm aũt tanta signa fecisset coram eis, nõ credebant in eũ, vt sermo Esaiæ impleretur quẽ dixit. Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Propterea nõ poterant credere, quia iterum dixit Esaias. Excœcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, vt non videant oculis, & nõ intelligãt corde, & cõuertãtur, & sanẽ eos. Hæc dixit Esaias, quãdo vidit gloriã eius, & locutus est de eo. Verũtamẽ & ex principibus multi crediderũt in eũ, sed propter Pharisæos nõ cõfitebãtur, vt è synagoga nõ eiicerẽtur, dilexerũt enim gloriam hominũ magis, quàm gloriã dei. I E S V S aũt
G clamauit, & dixi. Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui videt me, videt eũ qui misit me. Ego lux in mundũ veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Et si quis audierit verba mea, & nõ custodierit, ego nõ iudico eũ, non

enim veni vt iudicē mundum,ſed vt ſaluificē mundum,Qui ſpernit me,& nō accipit verba,habet qui iudicet eū,ſermo quē locutus ſum, ille iudicabit eū in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo nō ſum locutus,ſed qui miſit me pater,ipſe mihi mandatū dedit quid dicam & quid loquar, & ſcio quia mandatum eius,vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor ſicut dixit mihi pater,ſic loquor.

Tertia pars principalis de IESV de mundo egreſſu per doloroſam eius paſſionē. Et ad deū patrem (qui eū miſerat) regreſſu per victorioſam reſurrectionē, & triūphalem aſcenſionē.

Rubrica.cxlii.de Iudeorū cōtra IESVM iniquo cōcilio appropinquante azimorū feſto,vbi Iudas magiſtrum ſuum triginta argenteis vendidit.Math.Marc.Luc.

Mathæus cap.26.A.B.



ET factum eſt,cum cōſummaſſet IESVS ſermones hos omnes,dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet,& filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt,vt IESVM dolo tenerent,& occiderent.Dicebant autem. Nō in die A

randū Paſcha miſit,quod veſpere facto cum diſcipulis manducauit.Math.Marc.Luc. Ioan.

Mathæus cap.26.B.


R I M A autem die azimorum,acceſſerunt diſcipuli ad I E S V M,dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?At I E S V S dixit. Ite in ciuitatem ad quendam,& dicite ei.Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis I E S V S,& parauerunt Paſcha. Veſpere autem facto,diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. B

Marcus cap.14.B.

E T primo die azimorum quādo Paſcha immolabant,dicunt ei diſcipuli. Quo vis eamus & paremus tibi vt manduces Paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis,& dicit eis.Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans,ſequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus, quia magiſter dicit . Vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem?Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande ſtratum, & illic parate nobis. Et abierunt diſcipuli eius,& venerunt in ciuitatem, & inuenerunt ſicut dixerat illis,& parauerunt Paſcha . Veſpere autem facto, venit cum duodecim. B

Lucas cap.22.B.

B VEnit aũt dies azimorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit Petrũ & Ioãnem, dicens. Euntes parate nobis Pascha, vt mãducemus. At illi dixerũt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis homo amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamiliâs domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersoriũ vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes aũt inuenerunt sicut dixit illis, & parauerũt Pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo.

Ioannes cap.13.A.

A ANte diem festum Paschæ, sciens IESVS quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mũdo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Rubrica.cxliiii. de immensa IESV humilitate, in suorum discipulorũ pedũ lotione.

Ioannes solus cap.13.B.

B ET COENA facta cũ diabolus iam misisset in cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariotes, sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimẽta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se. deinde misit aquam in peluim,

& cœpit lauare pedes discipulorū,& extergere lin=
teo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem
Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas
pedes? Respondit IESVS,& dixit ei. Quod ego
facio,tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei
Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Re=
spondit ei IESVS. Si non lauero te, non habe=
bis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domi=
ne,non tantum pedes meos,sed& manus & caput.
Dicit ei IESVS. Qui lotus est,non indiget nisi vt
pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos, mundi
estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset
qui traderet eum. Propterea dixit. Non estis mun=
di omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum,& ac=
cepit vestimenta sua,cum recubuisset iterum, dixit
eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me ma=
gister & me,& bene dicitis,sum etenim. Si ergo e=
go laui pedes vestros, dominus & magister, & vos
debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim
dedi vobis,vt quēadmodū ego feci vobis,ita &vos
faciatis. Amē amen dico vobis,non est seruus ma=
ior domino suo,neque apostolus maior eo qui misit
illum. Si hæc scitis,beati eritis, si feceritis ea. Non
de omnibus vobis dico.

Rubrica.cxlv. Quomodo discumbentibus apostolis,dixit IESVS. Vnus vestrū,me traditurus est &c. Math. Marc. Ioan.

Mathæus cap.26.B.C.

B ET EDENTIBVS illis, dixit. Amen dico vobis quia vnus vestrū me traditurus est. Et contristati valde, cœperūt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? At ipse respondens, ait. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut
C cut scriptum est de illo. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respōdens autem iudas qui tradidit eum, dixit. Nūquid ego sum rabbi. Ait illi. Tu dixisti.

Marcus cap.14.B.

B ET discumbentibus eis & manducantibus, ait IESVS. Amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere singulatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino & filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille.

Lucas cap.22.B.

B VEruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est, vadit: veruntamen

Væ homini illi p quē tradetur. Et ipsi cœperūt quæ
rere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

Ioannes cap.13.C.

EGo scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura, Qui manducat mecum panem, leuabit cōtra me calcaneum suum. A modo dico vobis, prius quàm fiat: vt cùm factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cū hæc dixisset IESVS, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit. Amē amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hesitātes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu IESV, quē diligebat IESVS. Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus IESV, dixit ei. Domine, quis est? Respondit IESVS. Ille est, cui ergo intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. C

Rubrica.cxlvi. de sacrosancti eucharistiæ sacramenti institutione. Mathæus. Marcus. Lucas.

Mathæus cap.26.C.

COENANTIBVS autem eis, accepit IESVS panem, & benedixit, ac fregit: deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: C

hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissioné peccatorum. Dico autem vobis, non bibam à modo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscũ nouum in regno patris mei.

Marcus cap. 14. C.

C ET manducantibus illis, accepit IESVS panem: & benedicẽs & fregit dedit eis, & ait illis. Sumite, hoc est corpus meum, Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis quia iam non bibam de genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei.

Lucas cap. zz. B.

B ET ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequàm patiar. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei, Et accepto calice gratias egit, & dixit. Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens. Hoc

est corpus meũ, quod pro vobis datur Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicem postquàm cœnauit dicens. Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

Rubrica. cxlvii. de proditoris Iudæ apostasia obstinatione & ingratitudine cui IESVS ait. Quod facis fac citiùs.

Ioannes solus cap.13.D.

ET POST bucellam, introiuit in eum satanas. Dicit ei IESVS. Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas quod dixisset ei IESVS. Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille bucellam exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exiisset dixit IESVS. Nunc clarificatus est filius hominis: & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. D

Rubrica. cxlviii. de sermone Iesu discipulis post cœnam Ioãnes solus.cap.14.15.16.17.per totum. Et propter doctrinarum multitudinem plures continet Rubricellas cap.14.

Prima Rubricella.A.B.

A ET AIT DISCIPVLIS suis, Non turbe=
tur cor vestrum. Creditis in deum,& in me
credite. In domo patris mei mansiones mul
tæ sunt. Si quominus: dixissem vobis, Quia vado
parare vobis locum. Et si abiero & præparauero
vobis locum: iterum venio & accipiam vos ad me
ipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Et quo ego vado
scitis: Et viam scitis. Dicit ei Thomas. Domine, ne
scimus quo vadis: & quomodo possimus viam sci=
re? Dicit ei IESVS. Ego sum via & veritas, & vita.
Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouisse
tis me & patrem meum vtique cognouissetis: &
à modo cognoscitis eum, & vidistis eum. Di=
B cit ei Philippus. Domine, ostende nobis patrem, &
sufficit nobis. Dicit ei IESVS. Tanto tempore vo=
biscũ sũ, & non cognouistis me? Philippe, qui videt
me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, Ostende
nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pa=
ter in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à me
ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse fa
cit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater
in me est? Alioquin, propter opera ipsa credite.
Amen amẽ dico vobis, qui credit in me, opera quæ
ego facio & ipse faciet, & maiora horum facient
quia ego ad patrẽ vado. & quodcũq; petieritis patrẽ
in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur pater
in filio. Si quid petieritis me in nomine meo hoc fa
ciam. Secunda Rubricella.C. Si diligitis me,

mandata mea seruate. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo: & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea & seruat ea: ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum: & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes. Domine, quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit IESVS, & dixit ei, Tertia Rubricella. D. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem spiritus sanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ, neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis. Vado & veni- D

ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quàm fiat: vt cum factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquàm. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc. Capitulum. 15. Rubricella quarta. A.B.

A Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum vt fructus plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete ĩ me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructũ a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me mãseritis. Ego sũ vitis: vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignẽ mittent & ardebit. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserit: quodcunq; volueritis,

B petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione

mea: ſicut & ego præcepta patris mei ſeruiam, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus ſum vobis: vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. Quinta Rubricella. C. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, & quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. C

Sexta Rubricella. D. Si vero mundus vos odit ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat, diligeret quia vero de mundo, non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Mementote ſermones mei, quem ego dixi vobis, nõ eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt: & veſtrum ſeruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meũ: quia neſciũt eũ

qui misit me. Si nõ venissem & locutus fuissem eis,
peccatum non haberent, nunc autem excusationẽ
non habẽt de peccato suo. Qui me odit, & patrem
meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo
alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem &
viderũt, & oderũt & me & patrem meũ. Sed vt ad-
impleatur sermo, qui in lege eorũ scriptus est. Quia
odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit pa
racletus (quem ego mittam vobis à patre) spiritus
veritatis qui à patre procedit, ille testimoniũ perhi
bebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia
A ab initio mecum estis. Cap. 16. Rubricella. 7. A.
Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini,
Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, vt
omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præ
stare deo: & hæc facient vobis, quia non nouerunt
patrem, neq; me. Sed hæc locutus sum vobis, vt cũ
venerit hora, eorũ reminiscar, quia ego dixi vobis.
B Octaua Rubricella. B, C. Hæc autem vobis ab ini
tio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad
eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me,
Quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristi-
tia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico
vobis, expedit vobis vt ego vadã, si enim nõ abie-
ro, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero,
mittam eum ad vos. Et cũ venerit, ille arguet mũ-
dum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de pec-
cato quidem, quia non crediderũt in me, de iustitia
vero, quia ad patrem vado, & iam nõ videbitis me,

de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē, non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annunciabit vobis, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcūq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet, & annūciabit vobis. Nona rubricella. D.E. Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis. Modicum & non videbitis me, & iterū modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit, Modicū? nescimus quid loquitur. Cognouit autem IESVS quia volebāt eum interrogare, & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi. Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Amē amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mūdus autem gaudebit, vos autem cōtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autē peperit puerum, iam nō meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autē videbo vos, & gaudebit cor vestrū, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die Noe non C D E

E rogabitis quicquam. Decima Rubricella.E.F.G.
Amen amen dico vobis,si quid petieritis patrem in
nomine meo,dabit vobis. Vsque modo non peti-
F stis quicquam in nomine meo. Petite,& accipietis,
vt gaudium vestrum sit plenũ. Hæc in prouerbiis
locutus sum vobis. Venit hora cum iam nõ in pro-
uerbiis loquar vobis,sed palàm de patre annuncia-
bo vobis. In illo die in nomine meo petetis, & nõ
dico vobis,quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse
enim pater amat vos,quia vos me amastis, & credi
distis quia à deo exiui. Exiui à patre & veni in mun
dum,iterum relinquo mundum,& vado ad patrem.
G Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris,
& prouerbiũ nullũ dicis: nunc scimus quia scis om
nia,&non opus est tibi,vt quis te interroget: in hoc
credimus quod à deo existi. Respõdit eis IESVS.
Modo creditis? Ecce venit hora,& iam venit,vt di-
spergamini vnusquisq; in propria,& me solũ relin-
quatis,& tamen nõ sum solus, quia pater mecũ est.
Hæc locutus sum vobis,vt in me pacem habeatis.
In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego
A vici mundũ. Cap.17. Rubricella.11.A.B. Hæc lo
cutus est IESVS,& subleuatis oculis in cœlũ, di-
xit. Pater,venit hora, clarifica filium tuum,vt filius
tuus clarificet te,sicut dedisti ei potestatem omnis
carnis,vt omne quod dedisti ei,det eis vitam æter-
nam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te
solum deũ verũ,& quẽ misisti IESVM CHRI
STVM. Ego te clarificaui super terrã,opus cõsũ

maui,quod dedisti mihi vt faciã,& nũc clarifica me
tu pater apud temetipsum,claritate quã habui prius
quã mundus fieret,apud te. Manifestaui nomẽ tuũ
hoĩbus, quos dedisti mihi de mũdo,tui erant: & mi
hi eos dedisti,& sermonẽ tuũ seruauerunt. Nũc co B
gnouerũt quia omnia quæ dedisti mihi,abs te sunt,
quia verba quæ dedisti mihi,dedi eis,& ipsi accepe=
runt,& cognouerũt vere quia à te exiui, & credide
rũt qu a tu me misisti. Ego pro eis rogo,nõ pro mũ
do rogo,sed pro his quos dedisti mihi,quia tui sunt.
Et mea oĩa,tua sũt: & tua,mea sũt,& clarificatus sũ
in eis. Et iã nõ sum in mũdo,& hi in mũdo sũt,& e=
go ad te venio. Rubricella.12.G.D. Pater sãcte, ser
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi,vt sint vnũ G
sicut & nos. Cũ essem cũ eis,ego seruabã eos in no
mĩne tuo. Quos dedisti mihi,ego custodiui,& nemo
ex eis periit,nisi filius perditiõis,vt scriptura implea
tur. Nũc aũt ad te venio,& hæc loquor in mundo,
vt habeant gaudiũ meum impletum in semetipsis.
Ego dedi eis sermonẽ tuũ,& mundus eos odio ha=
buit,quia nõ sunt de mundo,sicut & ego nõ sum de
mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de mũdo,sed vt serues
eos à malo,q̃ de mũdo nõ sũt, sicut & ego nõ sũ de
mũdo. Sãctifica eos in veritate. Sermo tuus,veritas
est,sicut tu me misisti in mũdũ,ita & ego eos misi in
mũdũ. Et ꝓ eis ego sanctifico meipsũ,vt sint & ipsi
sanctificati in veritate. Nõ pro eis aũt rogo tantũ,
sed & pro eis qui credituri sunt per verbũ eorũ in D
me,vt omnes vnum sint,sicut tu pater in me,& ego

in te,vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mũdus quia tu me misisti.Et ego claritatem quam tu dedisti mihi,dedi eis,vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnũ,& cognoscat mũdus,quia tu me misisti,& dilexisti eos,sicut & me dilexisti.Pater,quos dedisti mihi,volo vt vbi sum ego,& illi sint mecũ,vt videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt,quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum,& notum faciam,vt dilectio qua dilexisti me,in ipsis sit,& ego in ipsis.

Rubrica. cxlix. Exiens I E S V S in Oliuarum montem,cum discipulis,dixit eis.Omnes vos scandalum patiemini in me &c.Petrum quoq; eum ter negaturum.Atq; illos de contentione (vt meminit Lucas.) Quis eorũ maior esset corripuit.Math.Marc.Luc.Ioan.

Mathæus cap.26.D.

D T hymno dicto, exierũt in montem Oliueti. Tunc dicit illis I E S V S. Omnes vos scandalum patiemini in me,in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergẽtur oues gregis,Postquam autem resurrexero,præcedã vos in Galilæam. Respondens autem Petrus,ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te,ego nun-

quam ſcandalizabor. Ait illi I E S V S. Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

Marcus cap. 14. C.

ET hymno dicto, exierunt in montem Oliuarū Et ait eis I E S V S. Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta, quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem, & diſpergētur oues. Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed nō ego. Et ait illi I E S V S. Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priuſquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. C

Lucas cap. 22. C.D.

FActa eſt autem & cōtentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nōne qui recumbit? Ego aūt in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & C

bibatis super mēsam meā in regno meo, & sedea-
D tis super tronos, iudicantes duodecim tribus Israel.
Ait aūt dominus Simoni. Simon, ecce satanas expe
tiuit vos, vt cribraret sicut triticum, ego aūt rogaui
pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando cō
uersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine,
tecum paratus sum, & in carcerē, & in mortem ire.
Et ille dixit. Dico tibi Petre, nō cantabit hodie gal
lus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quā-
do misi vos sine sacculo, & pera, & calceamētis, nū
quid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil. Di-
xit ergo eis. Et nūc qui habet sacculū, tollat simili-
ter peram, & qui nō habet, vēdat tunicam suam &
emat gladium. Dico enim vobis, quoniā adhuc hoc
quod scriptū est, oportet impleri in me. Et cum ini
quis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finē
habent. At illi dixerunt. Domine, ecce duo gladii
hic. At ille dixit eis. Satis est.

Ioannes cap. 13. D.

D Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quære-
tis me, & sicut dixi Iudæis. Quo ego vado, vos
non potestis venire, & vobis dico modo. Manda-
tum nouū do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dile-
xi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt
omnes quia discipuli mei estis, si dilectionē habueri
tis adinuicem. Dicit ei Simon Petrus. Domine, quo
vadis? Respondit I E S V S. Quo ego vado, nō po
tes me modo sequi, sequēris autem postea. Dicit ei

Petrus. Quare nō possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Respondit ei IESVS. Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. Et cap. 18. A. Hæc cum dixisset IESVS, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat ortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. A

Rubrica. cl. de ingressu IESV in orto cum discipulis, eiusq; triplici oratione. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap. 26. D.



VNC venit IESVS cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis. Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tūc ait illis. Tristis est anima mea vsq; ad mortē, sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciē suā orans, & dicēs. Pater mi si possibile est, trāseat à me calix iste, veruntamē non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiētes, & dicit Petro sic. Non potuistis vna hora vigilare mecū? Vigilate & orate, vt nō intretis in tentationē, spūs quidē prōptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, & orauit, dicēs. Pater D

mi,si non potest hic calix transire nisi bibam illu: fiat voluntas tua. Et venit, & iterum inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis. Dormite iam & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Marcus cap. 14. D.


D ET veniunt in prædium cui nomen Bethsemã: Et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum & Iacôbum & Ioannem secũ: & cœpit pauere & tædere. Et ait illis. Tristis est anima mea, vsq; ad mortem. sustinete hic, & vigilate. Et cum processisset paululum, procidit super terram: & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit. Abba pater, omnia tibi possibilia sunt. transfer calicem hunc à me sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit: & inuenit eos dormientes. Et ait Petro. Simon, dormis: non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est: caro vero infirma. Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò, & ait illis. Dormite iam, & requiescite.

Lucas cap.22.E.

ET egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis. Orate ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positis genibus orabat, dicēs. Pater si vis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. E

Rubrica. cli. de inhumana IESV captione dato à proditore Iuda signo. Deq;, Petri repræhensione qui gladium exuit. Et de apostolorum fuga. Math. Marc. Luc. Ioannes.

Mathæus cap.26.E.



SVRGITE, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cū gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi Qui autem tradi E

dit eum, dedit illis signum, dicens. Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad IESVM, dixit. Aue Rabbi. Et osculatus est eum. Dixit quæ illi IESVS. Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in IESVM: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum IESV, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculã eius. Tunc ait illi IESVS. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ quia sic oportet fieri? In illa hora dixit IESVS turbis. Tanquam ad latronẽ existis cum gladiis & fustibus, compræhendere me, quotidie apud vos sedebam docens in templo: & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, Relicto eo fugerunt.

Marcus cap. 14. E.

E SVfficit. venit hora, ecce filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce, qui me tradet, prope est, Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Dederat autem

traditor eius signũ eis,dicens. Quemcunque oscu-
latus fuero,ipse est:tenete eum,& ducite caute.Et
cum venisset:statim accedens ad eum,ait.Rabbi &
osculatus est eum. At illi,manus iniecerũt in IE-
SVM, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de
circunstantibus,educens gladium percussit seruum
summ sacerdotis:& amputauit illi auriculam:& re-
spondens IESVS,ait illis. Tanquàm ad latronem
existis cum gladiis & lignis comprahendere me.
Quotidie eram apud vos in tẽplo docens:& non
me tenuistis.Sed vt impleantur scripturæ. Tunc di
scipuli eius relinquẽtes eum,omnes fugerunt. Ado-
lescẽs autem quidam sequebatur eum amictus sin-
done super nudo : & tenuerunt eum : At ille reli-
cta sindone,nudus profugit ab eis.

Lucas cap.zz.F.

ADhuc eo loquente,ecce turba:& qui voca-
batur Iudas,vnus de duodecim, antecæde-
bat eos,& appropinquauit IESV vt oscularetur eũ.
IESVS autem dixit illi. Iuda, osculo filiũ hominis
tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant
quod futurum erat,Dixerunt ei. Domine, si percu-
timus in gladio.Et percussit vnus ex illis seruũ prin
cipis sacerdotum:& amputauit auriculam eius dex
teram. Respondens autem IESVS, ait. Sinite
vsq; huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit
eum. Dixit autem IESVS ad eos qui vene-
rant ad se, principes sacerdotum & magistratus

templi & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Ioannes cap. 18. A.B.

A Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter IESVS conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset co-
B hortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum laternis & facibus & armis. IESVS Itaq; sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis. Quem quæritis? Responderunt ei. IESVM Nazarenum. Dicit eis IESVS. Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram iterum ergo interrogauit eos. Quem quæritis? Illi autem dixerũt. IESVM Nazarenum. Respondit IESVS. Dixi vobis quia ego sũ. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquàm. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo, Malchus. Dixit ergo IESVS Petro. Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum. Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum comprahẽderunt IESVM, & ligauerũt eum.

Rubrica. clii. de IESV cui ad Annā primum ducto. Cum ad pontificis de doctrina & discipulis suis quæstionem responderet ministrorum vnus alapam dedit.

Ioannes solus cap. 18. C. D.



T ADDVXERVNT eum ad Annam primum: erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Pontifex ergo interrogauit IESVM de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei IESVS. Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi cōueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis. Ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset: vnus assistens ministrorum, dedit alapam IESV, dicens. Sic Respondes pontifici? Respondit ei IESVS. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?

C

D

Rubrica. cliii. de IESV ad Caipham missione, eius per falsos testes accusatione, & multiplici illusione, atq; Petri negatione. Math. Marc. Luc. Ioannes.

Mathæus cap.26.F.G.

F T ILLI tenentes IESVM, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à lon- ge, vsq; in atrium principis sacerdotũ. Et ingressus intro, sedebat cum ministris: vt vide- ret finem. Principes autẽ sacerdotum & omne con cilium quærebant falsum testimonium contra IE- SVM, vt eũ morti traderent: & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autẽ venerunt duo falsi testes: & dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei, & post triduum reæ dificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te te- stificantur? IESVS autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum vnum, vt dicas nobis si tu es CHRISTVS filius dei. Di-

G cit illi IESVS. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, à modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cœ- li. Tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua, dicens. Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam quid vobis vide- tur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mor- tis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eũ ceciderunt. Alii autem palmas in faciem eius dede runt, dicentes. Prophetiza nobis CHRISTE, quis est qui percussit? Petrus vero sedebat foris, in atrio:

& accessit ad eum vna ancilla, Dicens Et tu cum IESV Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens, nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum IESV Nazareno. Et iterũ negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerũt Petro. Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc coœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi IESV qui dixerat illi, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

Marcus cap.14.F.G.

ET adduxerunt IESVM ad summum sacerdotem: & cõuenerunt omnes sacerdotes & scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus est eum vsq; intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi vero sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus IESVM testimonium, vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eũ: & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes, Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manu factũ, & post triduum aliud nõ manu' factum ædificabo.

Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit IESVM, dicens. Non respondes quicquã ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei. Tu es CHRISTVS filius dei benedicti? IESVS autẽ dixit illi. Ego sum, & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens vestimẽta sua, ait. Quid adhuc desyderamus testes? Audistis blasphemiã, quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei. Prophetiza, & ministri alapis eum cædebãt. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cũ vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait. Et tu cũ IESV Nazareno eras? At ille negauit, dicẽs. Neque scio, neq; noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circũstantibus. Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursum qui astabant, dicebant Petro. Vere ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autẽ cœpit anathematizare & iurare. Quia nescio hominẽ istum quẽ dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei IESVS, Priùs quàm gallus cãtet bis, ter me negabis. Et cœ

pit flere. Lucas cap.zz.G.

COmpræhẽdentes autem eum, duxerũt ad do G
mum principis ſacerdotũ.Petrus vero ſeque=
batur eũ à longe.Accenſo autẽ igni in medio atrii,
& circũſedentibus illis, erat Petrus in medio eorũ.
Quem cum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad
lumen,& cũ fuiſſet intuita,dixit. Et hic cum illo e=
rat.At ille negauit eum,dicens. Mulier,non noui il
lum.Et poſt puſillum alius videns eum,dixit. Et tu
de illis es.Petrus vero ait.O homo,non ſum. Et in
teruallo facto,quaſi horæ vnius,alius quidam affir=
mabat,dicens.Vere & hic cum illo erat.Nã & Ga
lilæus eſt.Et ait Petrus.Homo,neſcio quid dicis.Et
continuo adhuc illo loquente,cantauit gallus. Et
cõuerſus dominus,reſpexit Petrum. Et recordatus
eſt Petrus verbi domini,ſicut dixerat. Quia prius
quàm gallus cantet,ter me negabis.Et egreſſus fo=
ras Petrus,fleuit amare.Et viri qui tenebant illum,
illudebant ei cædentes.Et velauerunt eum,& per=
cutiebant faciem eius,& interrogabant eum,dicen
tes.Prophetiza,quis eſt qui te percuſſit?Et alia mul
ta blaſphemantes,dicebant in eum.

Ioannes ponit primam negationem Petri factã
fuiſſe in domo Annæ cap.18.D.C.E.

ET miſit eum Annas ligatum ad Caipham põ D
tificem.Sequebatur autem IESVM Simõ C
Petrus & alius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille, erat
notus pontifici,& introiuit cum IESV in atrium
pontificis.Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exi

uit ergo discipulus alius,qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ,& introduxit Petrum.Dicit ergo Petro,ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?Dicit ille.Non sum.Stabant autem serui & ministri ad prunas,quia frigus erat,& calefaciebant se . Erat autem cum eis & Petrus, stans,&
E calefaciens se. E. Erat autē Simon Petrus,stans,& calefaciens se.Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille,& dixit. Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis,cognatus eius,cuius abscidit Petrus auriculam. Nonne ego te vidi, in orto cum illo ? Iterum ergo negauit Petrus , & statim gallus cantauit.

Rubrica.cliiii.de matutino contra IESVM consilio,& quomodo vinctum eum Pilato tradiderunt.Math,Marc.Luc.Ioan.

Mathæus cap.27.A.

A ANE autem facto,consiliū inierunt omnes principes sacerdotū, & seniores populi,aduersus IESVM,vt eū morti traderent. Et vinctum adduxerunt eū,& tradiderunt Pontio Pilato præsidi.

Marcus cap.15.A.

A ET confestim,mane cōsilium facientes summi sacerdotes cūm senioribus & scribis , & vniuerso consilio. Vincientes IESVM,dixerūt,& tradiderunt Pilato.

Lucas cap.22G.

ET vt factus est dies, cóuenerunt seniores plæ bis & principes sacerdotum & scribæ, & duxe runt illi in concilium suũ, dicentes. Si tu es CHRI STVS, dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero, nó cre detis mihi, si aũt & interrogauero, non respondebi tis mihi, neq; dimittetis, ex hoc aũt erit filius homi= nis sedẽs à dextris virtutis dei. Dixerũt aũt omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerũt. Quid adhuc desyderamus testi moniũ: Ipsi enim audiuimus de ore eius. Cap. 23. A. Et surgens omnis multitudo eorum duxerũt ad Pi latum. Ioannes cap. 18. E. G A

ADducunt ergo IESVM à Caipha in præ= torium. Erat autem mane, & ipsi nõ introie= runt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. E

Rubrica.clv.de inutili Iudę pœniten– tia, & agri in peregrinorum sepulturã emptione.

Mathæus solus cap. 27. A.



TVNC videns Iudas, qui eum tradi dit, quòd damnatus esset, pœniten= tia ductus, retulit triginta argen= teos principibus sacerdotum & se= nioribus, dicens. Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt. A

Non licet eos mittere in corbanam, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Aceldema, hoc est ager sanguinis, vsq; in hodiernum diem. Túc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetá, dicētem. Et acceperunt triginta argenteos preciú appreciati, quem appreciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicút constituit mihi dominus.

Rubrica.clvi.de falsa I E SV coram Pilato à Iudæis accusatione. Qui cum sciret per inuidiam à pontificibus fuisse traditum, voluit eum multipliciter liberari sæpius iterando, nullam in eo mortis causam inuenio. Math. Marc. Lucas, Ioannes.

Mathæus cap.27.B.

B 

IESVS autem stetit ante præsidē, & interrogauit eum præses, dicens. Tu es rex Iudæorum? Dicit illi IESVS. Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solēnem consuerat præses populo dimittere vnum vinctum quē voluissent. Habebat autē tunc vinctum insignem,

Barabbas.Cõgregatis ergo illis,dixit Pilatus. Quẽ vultis dimittam vobis.Barabbã,an I E S V M qui dicitur C H R I S T V S? Sciębat enim quòd per inuidiã tradidissent eum. Sedente aũt illo pro tribunali,misit ad eum vxor eius,dicens.Nihil tibi & iusto illi,multa enim passa sum hodie per visũ propter eum.Principes aũt sacerdotum & seniores,persuaserunt populo,vt peterẽt Barabban,I E S V M vero perderẽt.Respondẽs aũt præses,ait illis.Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barabban.Dicit illis Pilatus.Quid igitur faciã de I E S V,qui dicitur C H R I S T V S?Dicunt oẽs.Crucifigatur.Ait illis præses.Quid enim mali fecit?

Marcus cap.15.A.

ET interrogauit eũ Pilatus. Tu es rex Iudæorũ? At ille respondẽs,ait illi.Tu dicis.Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis.Pilatus autẽ rursum interrogauit eũ,dicens. Nõ respondes quicquã? vide in quantis te accusant.I E S V S aũt amplius nihil respõdit,ita vt miraretur Pilatus.Per diẽ autẽ festum,solebat dimittere illis,vnum ex vinctis quẽcunq; petissent.Erat autẽ qui dicebatur Barabbas,qui cum seditiosis erat vinctus,qui in seditione fecerat homicidiũ.Et cum ascendisset turba,cœpit rogare,sicut semper faciebat illis.Pilatus autem respondit eis,& dixit. Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes . Pontifices autem A

concitauerunt turbam, vt magis Barabban dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis. Quid ergo vultis faciam regi Iudæorũ. At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum.

Lucas cap. 23. A.

A COeperunt autem illũ accusare, dicentes. Hũc inuenimus subuertentem gẽtem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se CHRISTVM regem esse. Pilatus autem interrogauit eum dicẽs. Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait. Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas. Nihil inuenio causæ in
C hoc homine. 1. C. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicens. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabban: qui erat propter seditionem quãdam factam in ciuitate & homicidiũ, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere IESVM. At illi succlamabant, dicentes. Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò, dixit ad illos. Quid enim mali feci iste? nullam causam mortis inuenio in eo.

Ioannes cap. 18. F. G.

F EXiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. Quã accusationem affertis, aduersus hominẽ hunc?

Responderunt & dixerunt ei. Si non esset hic ma
lefactor, non tibi tradidissemus eum. Dicit ergo
eis Pilatus. Accipite eum vos, & secundum legem
vestram, iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudaei. No
bis non licet interficere quenquam. Vt sermo I E
S V impleretur quem dixit significans, qua morte
esset moriturus. Introiuit ergo iterum in praeto=
rium Pilatus, & vocauit I E S V M, & dixit ei. Tu
es rex Iudaeorum? Respondit I E S V S. A temet=
ipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respon=
dit Pilatus. Nunquid ego Iudaeus sum? Gens tua,
& pontifices, tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Re
spondit I E S V S. Regnum meum, non est de hoc
mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, mi=
nistri mei vtique decertarent, vt non traderer Iu=
daeis, nunc autem regnum meum non est hinc.
Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respon=
dit I E S V S. Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in G
hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testi=
monium perhibeam veritati, omnis qui est ex ve=
ritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid
est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad
Iudaeos, & dicit eis. Ego nullam inuenio in eo
causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum
dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam
vobis regem Iudaeorum? Clamauerunt rursum om
nes, dicentes. Non hunc, sed Barabban. Erat autem
Barabbas, latro.

Rubrica.clvii.de IESV ad Herodē missione,& coram illo accusatione,& illusione, Et ad Pilatum reductione.

Lucas solus cap,23.B.

B T ILLI inualescebant, dicentes. Cōmouet populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem audiens Galilæam: interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de herodis potestate esset: remisit eū ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso IESV, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil Respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes in ipsa die, nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem cōuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed

neq; herodes. Nam remisi vos ad illum: Et ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam.

Rubrica. clviii. de IESV impia flagellatione, spinis coronatiõe, illusione & iniqua condemnatione Math. Marc. Luc. Ioannes.

Mathæus cap.27.C.



T ILLI magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo dicens innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabban. IESVM autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes IESVM in prætorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortẽ & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei: & plectentes coronã de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius & genu flexo ante eum, illudebant ei. Dicentes. Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Marcus cap.15.B.

Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbã: & tradidit IESVM flagel-

lis cæsum vt crucifigeretur. Milites autem duxerũt
eum in atrium prætorii, & conuocant totam co=
hortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei
plectentes spineam coronam. Et cœperunt saluta
re eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput
eius arundine: & conspuebant eum. Et ponentes
genua, adorabant eum.

Lucas cap. 23. D.

D CORripiam ergo illum & dimittam. At illi in=
stabant vocibus magnis postulantes, vt cru=
cifigeretur: & inualescebant voces eorum. Et Pila=
tus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit au
tem illis eum qui propter homicidium & seditio=
nem missus fuerat in carcerem quem petebant.
IESVM vero tradidit voluntati eorum.

Ioannes cap. 19. A. B. C.

A TVnc ergo appræhendit Pilatus IESVM &
flagellauit. Et milites plectentes coronam
de spinis imposuerunt capiti eius: & veste purpurea
circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dice
bant. Aue rex Iudæorum Et dabãt ei alapas. Exiuit
iterum Pilatus & dixit eis. Ecce adduco vobis eum
foras vt cognoscatis quia in eo nullã inuenio cau=
sam. Exiuit ergo IESVS foras portans coronã spi=
neam, & purpureum vestimẽtum. Et dicit eis. Ecce
homo. Cum ergo vidissent eum pontifices & mini
stri clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum.
Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos & crucifigite:

ego enim nõ inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi. Nos legẽ habemus: & secũdũ legẽ debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad IESVM. Vnde es tu? IESVS autem responsum non dedit ei: dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris: nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit IESVS. Non haberes potestatẽ aduersum me vllam: nisi tibi datum esset de super. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit contradicit Cæsari. Pilatus autem cũ audisset hos sermones, adduxit foras IESVM: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur lithostrotos, hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta: & dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tolle: crucifige eum. Dicit eis. Pilatus, Regem vestrũ crucifigam? Responderunt põtifices. Non habemus regem, nisi Cæsarẽ. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

B

C

Rubrica.clix.de IESV ad crucem ductione & ipsius crudelissima inter duos latrones crucifixione tituli super eum inscriptione atq; vestimentorum sorte per milites partitione Math. Marc. Luc. Ioannes.

Mathæus cap.27.D.

D ET POSTQVAM illuſerunt ei exuerunt eum chlamydem: & induerunt eum veſtiméta eius, & duxerũt eum vt crucifigerent. Exeuntes aũt, inuenerunt hominẽ Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerũt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locũ qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquàm aũt crucifixerũt eũ diuiſerunt veſtimenta eius ſortem mittẽtes: vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerũt ſortem. Et ſedentes ſeruabant eum. Et impoſuerũt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt IESVS Rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & alter à ſiniſtris.

Marcus cap.15.C.

C ET poſtquàm illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerũt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam Simonẽ Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpratatum, Caluariæ locus.

Et dabant ei bibere myrrathum vinum:& non ac
cepit. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta
eius:mittentes sortem super eis quis quid tolleret.
Erat autem hora tertia ; & crucifixerunt eum. Et
erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum.
Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dex=
tris,& alterũ à sinistris eius.Et impleta est scriptura
quæ dicit,Et cum iniquis reputatus est.

Lucas cap.23.D.E.

ET cum ducerent eum apprehẽderunt Simo D
nem quendam Cyrænensem venientem de
villa : & imposuerunt illi crucem portare post IE=
SVM. Sequebatur autem illum multa turba popu
li & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur
eum. Conuersus autem ad illas IESVS, dixit. Filiæ
Hierusalem, nolite flere super me: sed super vosip=
sas flete, & super filios vestros: quoniam ecce ve=
nient dies, quibus dicent. Beatæ steriles, & ventres
qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.
Tunc incipient dicere mõtibus. Cadite super nos:
& collibꝰ. Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc
faciunt : in arido quid fiet? Ducebantur autem &
alii duo nequàm cum eo, vt interficerentur. Et post
quàm venerunt in locum qui vocatur Caluariæ
ibi crucifixerunt eum: & latrones , vnum à dextris
& alterum à sinistris. IESVS autem dicebat. Pa=
ter, dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. Di=

E uidentes vero veſtiméta eius, miſerũt ſortes. 1. E.
Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum li-
teris Græcis & latinis & Hebraicis, Hic eſt rex Iu-
dæorum.

Ioannes cap.19.D.E.

P SVſceperunt autem IESVM: & eduxerunt eũ.
Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dici-
tur Caluariæ locum. Hebraicè autem Golgotha:
vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc &
hinc, medium autem IESVM. Scripſit autem & ti
tulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem
ſcriptum, IESVS Nazarenus rex Iudæorum. Hunc
ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia pro-
pe ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt IESVS.
Et erat ſcriptum Hebraice, Grece, & Latine: dice
bant ergo Pilato pontifices Iudæorum. Noli ſcri-
bere rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iu-
E dæorum. Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi,
Milites ergo cum crucifixiſſent eum: acceperunt
veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes: vni-
cuiq; militi partem) & tunicam. Erat autem tuni-
ca, inconſutilis, Deſuper contexta per totum. Dixe
runt ergo adinuicem. Non ſcindamus eam, ſed ſor
tiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, di-
cens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in ve-
ſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem
hæc fecerunt.

Rubrica.clx.de multiplici patientissimi IESV in cruce illusione Math.Marc.Luc.

Mathæus cap.27.E.



RAETEREVNTES autē blasphemabant eum: mouentes capita sua, & dicentes, Vah qui destruis templū dei,& in triduo illud reædificas: salua temetipsum, Si filius dei es descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei, confidit in deo: liberet nūc eum si vult. Dixit enim quia filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. E

Marcus cap.15.C.

ET prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes. Vah qui destruis templum dei,& in tribus diebus reædificas: saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. CHRISTVS rex Israel descendat nunc de cruce: vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. G

Lucas cap.23.F.

F ET ſtabat populus expectās, & deridebant eū principes cum eis,dicentes.Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat,ſi hic eſt CHRISTVS dei electus.Illudebant aūt ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,& dicētes.Si tu es rex Iudæorum ſaluum te fac.Vnus autem de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eum,dicēs.Si tu es CHRISTVS,ſaluum fac teipſum & nos.Reſpondēs autem alter,increpabat eū,dicēs. Neq; tu times deū, quòd in eadem dānatione es? Et nos quidem iuſte: nā digna factis recepimus.Hic vero,nihil mali geſſit,& dicebat ad IESVM.Domine,memēto mei cùm veneris in regnum tuum.Et dixit illi IESVS. Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiſo.

Rubrica. clxi.de nouiſſimis IESV verbis,patriq; ſui ſpiritus commēdatione, quem clamās emiſit. Atq; de ſignis poſt eius mortē,& devero Centurionis teſtimonio,dicentes.Vere filius dei erat iſte.Math.Marc.Luc.Ioan.

Mathæus cap.27.F.

F SEXTA autem hora, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram,vſque ad horam nonā.Et circa horam nonam,clamauit IESVS voce magna,dicēs. Eli,eli,lamma azabtani? hoc eſt, Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti

me? Quidam illic stãtes & audiẽtes, dicebant. Eliã vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis, acceptã spongiam impleuit aceto, & imposuit arũdini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant. Sine, videamus an veniat Elias liberãs eum. I E S V S autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumẽtis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis. Centurio autẽ, & qui cũ eo erant custodientes I E S V M, viso terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autẽ ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erãt IESVM à Galilæa, ministrãtes ei, inter quas erat maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Marcus cap.15.D.

ET facta hora sexta, tenebræ factæ sũt per totam terram vsq; in horam nonã. Et hora nona exclamauit I E S V S voce magna, dicens. Eloi, eloi, lãma azabtani? quod est interpretatum. Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Et quidã de circũstantibus audientes, dicebant. Ecce, Eliam vocat. Currens aũt vnus & implens spongiam aceto circũponẽsq; calamo, potum dabat ei, dicẽs. Sinite, videamus si veniat Elias ad deponẽdum eum,

IESVS autem emissa voce magna, expirauit. Et velum tẽpli scissum est in duo, à summo vsq; deorsum. Vidẽs aũt Cẽturio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. Vere hic homo, filius dei erat. Erant aũt & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome, & cum esset in Galilæa sequebantur eũ, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

Lucas cap. 23. F.

F ERat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram, vsque in horam nõnam. Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna IESVS, ait. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat glorificauit deum, dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul ascenderãt ad spectaculũ istud, & videbãt quæ fiebant, percutiẽtes pectora sua reuertebantur. Stabant aũt omnes noti eius à longe, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

Ioannes cap. 19. F.

F STabat autem iuxta crucem IESV mater eius & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo IESVS matrem, discipulum stãtem quem diligebat, dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam discipulus

in suá. Postea sciens I E S V S, quia omnia consum mata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum, illi autem spógiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset I E S V S acetum, dixit. Cósummatum est. Et inclinato capi- te, tradidit spiritum.

Rubrica.clxii.de fractis latronum cru ribus. Et mortui I E S V lateris lancea apertio- ne, à quo exiuit sanguis & aqua.

Ioannes solus cap.19.F.



V D AE I ergo (quoniam parasceuẽ erat, vt non remanerẽt in cruce cor pora sabbato (erat enĩ magnus, dies ille sabbati.) Rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tol lerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad I E S V M autem cum venissent, vt vide- runt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea, latus eius aperuit, & con- tinuo, exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimo- nium, perhibuit, & verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit vt & vos credatis, facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur. Os non commi nuetis ex eo. Et, iterũ, alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Rubrica.clxiii.de Iosephab Arimathæa & Nicodemo,qui corpus I E S V à Pilato sibi datum munda sindone,in monumento nouo sepelierunt grandi apposito ad ostium lapide Math.Març.Luc.Ioan.

Mathæus cap.27.G.

G 
V M autem sero factum esset,venit quidam homo diues, ab Arimathæa nomine Ioseph,qui & ipse discipulus erat I E S V.Hic accessit ad Pilatũ, & petiit corpus I E S V. Tũc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda,& posuit illud in monumento suo nouo,quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnũ ad ostiũ monumenti,& abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene,& altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

Marcus cap.15.D.

D ET cum iam sero esset factum (quia erat parasceue,quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio,qui & ipse erat expectans regnũ dei.Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus I E S V.Pilatus aũt mirabatur si iã obiisset.Et accersito Cẽturione, interrogauit eum si iam mortuus esset.Et cũ cognouisset à Cẽturione,donauit corpus.Ioseph.Ioseph aũt mercatus sindonẽ,& deponens eũ inuoluit sindone,& posuit eũ in monumento quod erat excisum de petra, & ad-

uoluit lapidē ad oſtium monumēti. Maria Magdalene & Maria Ioſeph, aſpiciebant vbi poneretur.

Lucas cap.23.G.

ET ecce vir nomine Ioſeph, qui erat decurio, vir bonus & iuſtus. Hic nō cōſenſerat cōſilio & actibus eorū, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad Pilatū & petiit corpus I E S V, & depoſitū inuoluit ſindone, & poſuit illū in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Et dies erat paraſceues, & ſabbatum illuceſcebat. Subſecutæ autē mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumētum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mādatum. G

Ioannes cap.19.G.

POſt hæc autē rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathæa (eo quòd eſſet diſcipulus I E S V occultus autē propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus I E S V. Et permiſit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus I E S V. Venit autē & Nicodemus, qui venerat ad I E S V M nocte primū, ferens mixturā myrrhæ & aloes, quaſi libras centū. Acceperunt aūt corpus I E S V, & ligauerūt illud linteis cū aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus eſt, ortus, & in orto monumētum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt I E S V M. G

Rubrica.clxiiii. de custodibus monumento per sacerdotum principes, signato lapide consentiente Pilato, appositis.

Mathæus solus cap.27.G.

G  LTERA aũt die, quæ est post parasceuẽ, conuenerũt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatũ, dicẽtes, Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit, adhuc viuẽs. Post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri sepulchrũ vsq; in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plæbi, Surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

Rubrica.clxv. de gloriosa IESV resurrectione perterritis custodibus. Et de mulieribus ad sepulchrum veniẽtibus, quibus apparẽs angelus IESVM surrexisse nunciauit, dicens. Euntes dicite discipulis eius, quia surrexit. &c.

Math. Marc. Luc. Ioan. Mathæus cap.28.A.

 ESPERE aũt sabbati quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrũ Et ecce terræmotus factus ẽ magnus, angelus enim domini descẽdit de cœlo, & accedens, reuoluit lapidẽ, & sedebat super eũ.

Erat aũt aſpectus eius,ſicut fulgur, & veſtimentum eius,ſicut nix.Præ timore aũt eius,exterriti ſunt cuſtodes,& facti ſunt velut mortui.Reſpondens auté angelus,dixit mulieribus. Nolite timere vos, ſcio enim quod I E S V M qui crucifixus eſt,quæritis,nõ eſt hic:ſurrexit enim,ſicut dixit. Venite,&videte locum,vbi poſitus erat dominus.Et cito euntes,dicite diſcipulis eius,quia ſurrexit,& ecce præcedet vos in Galilæam.Ibi eum videbitis,ecce prædixi vobis.

Marcus cap.16.A.

ET cum tranſiſſet ſabbatũ,Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerũt aromata, vt venientes vngerent I E S V M. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole.Et dicebant ad inuicẽ. Quis reuoluet nobis lapidem,ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentũ,viderunt iuuenem ſedentẽ in dextris,coopertũ ſtola candida, & obſtupuerũt.Qui dicit illis. Nolite expaueſcere. I E S V M quæritis Nazarenũ, crucifixũ. Surrexit, nõ eſt hic. Ecce locus,vbi poſuerũt eum. Sed ite,dicite diſcipulis eius & Petro, quòd præcedet vos in Galilæam.Ibi enim videbitis,ſicut dixit vobis.] A

Lucas cap.24.A.

VNa autẽ ſabbati valde diluculo venerũt ad monumentum,portãtes quæ parauerãt aromata, & inuenerunt lapidẽ reuolutũ à monumẽto. Et ingreſſæ,non inuenerũt corpus domini I E S V. A

Et factum est: dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in fulgenti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terrā dixerunt ad illas. Quid quæritis viuētem cū mortuis. Nō est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilæa esset, dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius.

Ioannes cap. 20. A.

A VNA autem sabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentū: & vidit lapidem sublatū à monumento.

Rubrica. clxvi. de resurgente IESV se deuotis mulieribus manifestante easq; salutante qui & dixit eis. Nolite timere nunciate fratribus meis &c. Math. Marc. Luc.

Mathæus cap. 28. B.

B ET EXIERVNT cito de monumento. Cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce IESVS occurrit. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eū Tunc ait illis IESVS, Nolite timere. Ite nūciate fratribus meis vt eant in Galilæam. Ibi me videbunt.

Marcus cap.16.B.

AT illæ exeuntes, fugerunt de monumento, B
inuaserat enim eas tremor & pauor: & ne-
mini quicquàm dixerunt, timebant enim.

Lucas cap.24.B.

ET regressæ à monumento, nunciauerunt hæc B
omnia illis vndecim, & cæteris omnib9. Erat
autem Maria Magdalene, & Ioanna & Maria Ia-
cobi, & cæteræ quæ cum eis erāt, quæ dicebant ad
apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut delira-
mentum verba ista, & non crediderunt illis.

Rubrica.clxvii.de Petro & Ioanne ad monumentū currentibus nunciante eis Maria Magdalene quia tulerunt dominum de monumento. Luc. Ioannes.

Lucas cap.24.C.

PETRVS autē surgēs cucurrit ad monumen- C
tū: & procumbens vidit linteamina sola po-
sita, & abiit secum mirās quod factū fuerat.

Ioannes cap.20.A.B.C.

CVcurrit ergo & venit ad Simonē Petrū, & ad A
aliū discipulū quē amabat IESVS: & dixit illis
Tulerunt dominū de monumēto & nescimus vbi
posuerunt eū. Exiit ergo Petrus & ille alius discipu
lus, Et venerūt ad monumētū currebant aūt duo si
mul: & ille ali9 discipul9 præcucurrit citus Petro, & B
venit prim9 ad monumētū. Et cū se iclinasset vidit
posita linteamina non tn̄ introiuit. Venit ergo Si-
mon Petrus sequēs eū: & introiuit in monumētū, &

vidit linteamina posita,& sudariũ quod fuerat sup
C caput eius nõ cũ linteaminibus positũ,sed separatũ
inuolutum in vnũ locũ. Tunc ergo introiuit & ille
discipulus qui venerat primus ad monumentum: &
vidit & credidit: nõdum enim sciebant scripturam
quia oporteret eum à mortuis resurgere. Abierunt
ergo iterum discipuli ad semetipsos.

Rubrica.clxviii.de apparitiõe IESV in ortolam habitu Mariæ Magdalenæ ploranti quæ iubente IESV dixit discipulis. Vidi dominum,&c. Marc. Ioannes.

Marcus cap.16.C.

G SVRGENS autem IESVS Mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem demonia illa vadens, nunciauit his qui cũ eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea: non crediderunt.

Ioannes cap.20.D.

D MAria autẽ stabat ad monumentũ foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentũ: & vidit duos angelos in albis sedentes, vnũ ad caput & vnũ ad pedes: vbi positum fuerat corpus IESV. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominũ meũ: & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cũ dixisset, conuersa est retrorsũ, & vidit IESVM stãtẽ: & nõ sciebat quia IESVS est. Dicit ei IESVS. Mulier, quid ploras? Quem queris. Illa existimãs quia ortulanus

esset, Dicit ei. Domine si tu sustulisti eũ, dicito mihi vbi posuisti eũ: & ego eũ tollam. Dicit ei IESVS Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabbom quod dicitur Magister. Dicit ei IESVS. Noli me tangere nódũ enim ascẽdi ad patrẽ meũ. Vade autẽ ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrẽ meũ & patrem vestrũ, deum meum & deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, Quia vidi dominum, & hæc dixit mihi.

Rubrica. cxcix. de vero custodum sepulchri IESV resurrectionis testimonio Qui postea à sacerdotum principibus copiosa accepta pecunia à veritate recesserunt.

Mathæus solus cap. 28. C.

QVAE cũ abiissent, ecce quidã De custodibus venerũt in ciuitatẽ, & nunciauerũt principibus sacerdotũ omnia quæ facta fuerãt. Et congregati cũ senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederũt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerũt & furati sunt eũ nobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit à preside, nos suadebimus ei. Et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerũt sicut erãt edocti. Et diuulgatũ est verbũ istud apud Iudæos, vsq; ĩ hodiernũ diẽ.

Rubrica. clxx. de IESV ipsa resurrectiõis die apparitione. Euntibus duobus discipulis in Emmaus quẽ cognouerũt in fractiõe panis, quod reuertentes in Hierusalẽ nunciauerũt vna

decim quos inuenerunt cõgregatos. Marc. Luc.

Marcus cap. 16. C.

C OST hæc autẽ duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt cæteris nec illis crediderunt.

Lucas cap. 24. D. E.

D ET ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellũ quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalẽ, nomine Emmaus: & ipsi loquebãtur ad inuicẽ de his oĩbus quæ acciderant. Et factũ est: dũ fabularentur & secum quærerent, & ipse IESVS appropinquans, ibat cũ illis. Oculi autẽ illorũ tenebantur, ne eũ agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicẽ, ambulantes, & estis tristes? Et respõdens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus, peregrinus es in Hierusalẽ, & nõ cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt. De IESV Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo. Et quomodo eũ tradiderunt summi sacerdotes: & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. Sed, & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidis-

ſe qui dicut eum viuere. Et abierunt quidam ex no
ſtris ad monumentũ: & ita inuenerunt ſicut mulie
res dixerunt, ipſum vero non inuenerunt. Et ipſe
dixit ad eos. O ſtulti & tardi corde ad credendum
in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nonne hæc
oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in glo-
riam ſuam? Et incipiens à Moyſe, & omnibus pro-
phetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis
quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello
quo ibant: & ipſe ſe finxit longius ire. Et coegerũt E
illum dicentes. Mane nobiſcum, quoniam adueſpe
raſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis.
Et factum eſt: dum recumberet cum eis, accepit pa
nem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et
aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: &
ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinui-
cem. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dũ
loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et
ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Hieruſalem
& inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cũ
illis erant, dicentes, Quòd ſurrexit dominus vere,
& apparuit Simon. Et ipſi narrabant quæ geſta
erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fra
ctione panis.

Rubrica.clxxi.de IESV ſero reſurrectionis die ad diſcipulos clauſis ianuis intrante & eis dicẽte. Pax vobis quibuſq; (abſente tamẽ Thoma) palpandos pedes & manus oſtendit

cum illis quoq; manducauit sensumq; aperuit vt scripturas intelligerent. Luc. Ioannes.

Lucas cap. 24. F.



D VM autem hæc loquuntur, stetit IESVS in medio eorum, & dicit. Pax vobis ego sum. Nolite timere Conturbati vero & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte quia spiritus, carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens re-
E liquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat CHRISTVM pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitētiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma.

Ioannes cap.20.E.F.

CVm ergo sero esset die illo, vna sabbato- E
rum, & fores essent clausæ, vbi erant disci-
puli congregati propter metum Iudæorum:
venit IESVS & stetit in medio, & dicit eis. Pax vo
bis. Et cum hæc dixisset, ostēdit eis manus & latus.
Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino. Dixit ergo
eis iterū. Pax vobis sicut misit me pater, & ego mit-
to vos. Hæc cū dixisset, insufflauit: & dixit eis. Acci F
pite spiritū sanctū quorū remiseritis peccata, Re-
mittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt.
Thomas autē vnus ex duodecim qui dicitur Didy-
mus, non erat cum eis quando venit IESVS. Dixe
runt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominū ille au-
tem dixit eis. Nisi videro in manibus eius figuram
clauorū, & mitam digitū meum in locū clauorum,
& mittam manum meā in latus eius, non credam.

Rubrica.clxxii.de IESV octauo resurrectionis die discipulus præsente Thoma cui dixit ostensis sibi vulnerum cicatricibus Quia vidisti me Thoma, credidisti &c.

Ioannes solus cap.20.G.

ET POST dies octo, iterum erant discipuli G
eius intus: & Thomas cum eis venit IE-
SVS Ianuis clausulis, & stetit in medio, & di
xit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Inter

digitum tuum huc,& vide manus meas, & affer manum tuam,& mitte in latus meũ,& noli esse incredulus,sed fidelis.Respõdit Thomas,& dixit ei. Dominus meus,& deus meus.Dicit ei I E S V S.Quia vidisti me Thoma,credidisti. Beati qui non viderunt,& crediderunt.

Rubrica.clxxiii.de I E S V piscãtib⁹ apostolis,ad mare Tiberiadis apparitione. Qui iubẽte I E S V mittentes rete in dexterã nauigii multitudinem piscium prændiderunt &c.

Ioannes solus cap.21. A.B.C.D.

A Ostea manifestauit se iterum I E S V S ad mare Tiberiadis.Manifestauit aũt sic.Erant simul Simon Petrus & Thomas,qui dicitur Didymus & Nathanael,qui erat à Cana Galilææ,& filii Zebedæi, & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piscari. Dicũt ei.Venimus & nos tecũ.Et exierunt, & ascẽderunt in na

B uim,& illa nocte nihil prẽdiderũt.Mane aũt facto, stetit I E S V S in littore,non tamẽ cognouerũt discipuli quia I E S V S est. Dicit ergo eis I E S V S. Pueri,nũquid pulmentariũ habetis? Responderunt ei.Non.Dixit eis. Mittite in dexterã nauigii, rete, & inuenietis.Miserũt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.Dicit ergo di

C scipulus ille,quẽ diligebat I E S V S,Petro.Dominus est.Simon Petrus cum audisset quia dominus

eſt,tunica ſuccinxit ſe(erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alii aũt diſcipuli nauigio venerunt)non e-nim longe erant à terra,ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcẽderunt in ter ram,viderunt primas poſitas,& piſcẽ ſuperpoſitum & panem. Dicit eis I E S V S. Afferte de piſcibus quos prandidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus,& traxit rete in terrã,plenum magnis piſcibus, centũ quinquaginta tribus. Et cum tot eſſent, nõ eſt ſciſ-ſum rete. Dicit eis I E S V S. Venite,prandete. Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogare eum. Tu quis es? ſciẽtes quia dominus eſt. Et venit I E S V S, & accepit panẽ & dabat eis,& piſcẽ ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt I E S V S diſcipulis ſuis cum ſurrexiſſet à mortuis. D

Rubrica.clxxiiii.de trina I E S V ad Petrum,ſi eum diligeret interrogatione, cui dili genti dixit. Paſce oues meas.

Ioannes ſolus cap.21.E,F.



CV M ergo prandiſſent,dicit Simoni Petro I E S V S. Simon Iona, diligis me plus his? Dicit ei. Etiã domine,tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce a-gnos meos. Dicit ei iterũ. Simon Io-na,diligis me? Ait illi. Etiã domine,tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò. Simõ Iona,amas me? Contriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertiò,amas me? & dixit ei. Domine, tu omnia ſcis: E

tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amē àmen dico tibi, cùm eſſes iunior cingebas te, & am bulabas vbi volebas: cùm aūt ſenueris, extēdes ma nus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc aūt dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deū. Et cum hoc dixiſſet, dixit ei. Sequere me. Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum quem dili gebat I E S V S, ſequentem, qui & recubuit in cœ= na ſuper pectus eius, & dixit. Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dicit I E= S V. Domine, hic autem quid? Dicit ei I E S V S. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, quia di ſcipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei I E S V S, Nō moritur, ſed ſi eum volo manere donec veniā, quid àd te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhi= bet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

Rubrica. clxxv. de I E S V glorioſa in cœlum, ad deum patrem aſcenſione, videnti= bus apoſtolis, quorum (vt Marcus refert) incre= dulitatem exprobrans, dixit eis. Euntes in mun= dum prædicate euangelium &c. Mat. Mar. Luc.

Mathæus cap. 28. D.

VNDECIM autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat il= lis I E S V S. Et videntes eum adorauerūt, quidam autem dubitauerunt. Et accedēs I E S V S

locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, Baptizantes eos, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Docentes eos seruare, omnia quæcũque mãdaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

Marcus cap.16.D.

D Nouissime autem, recũbentibus illis duodecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eũ resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium, omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem IESVS postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedit à dextris dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Lucas cap.24.G.

G Vos autem testes estis horum. Et ego mittã promissum patris mei in vos, vos autem se-

dete in ciuitate,quoad vsque induamini virtute ex alto.Eduxit autem eos foras in Bethaniam,& eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et factum est, dū benediceret illis,recessit ab eis,& ferebatur in cœlum.Et ipsi adorantes,regressi sunt in Hierusalem, cum gaudio magno,& erant semper in templo,laudantes & benedicentes deum.Amen.

Rubrica.clxxvi.& vltima,de signorū & factorum I E S V incompræhensibilitate.

Ioannes solus cap.20.&.21.G.



G VLTA quidem & alia signa fecit I E S V S,in conspectu discipulorum suorum,quæ non sunt ~~capta~~ scripta. in libro hoc.Hæc autem scripta sunt,vt credatis quia IESVS est CHRISTVS filius dei,& vt credētes, vitam habeatis in nomine

G eius. Et cap.21.G. Sint autem & alia multa quæ fecit I E S V S,quæ si scribantur per singula,nec ipsum arbitror mūdum capere posse,eos qui scribendi sunt,libros.

F I N I S.

Sequitur Monetretron, siue ex vno quatuor compendiosum opus, quod (si quis prioris operis Rubricas, vt signantur, voluerit colligere.) Vnicuiq; euangelistarum secũdum Bibliorum ordinem integros textus docet restituere.

EVANGELIVM SECVNDVM Mathæum continet cap.28. Cap.1.A.B.C.D.

Liber generationis IESV CHRISTI, filii Dauid &c. vsq; ad CHRISTVM, generationes quatuordecim. Rubri.3.A.B.C.fo.2.fa.1

CHRISTI aũt generatio sic erat vsq; habẽs de spiritu sancto. Rubri.4.C.fo.4.fa.1.

Ioseph autẽ vir eius vsq; in finem cap. Rubrica.7. C.D.fo.6.fa.1.

Cap.2.A.B.C.D.

CVm ergo natus esset IESVS &c. vsq; in regionem suam. Rub.9.A.B.fo.7.fa.2.

Qui cum recessissent &c. vsq; in finem cap. Rubri. 11.C.D.fo.9.fa.1

Cap.3.A.B.C.D.

IN diebus aũt illis, venit Ioannes Baptista &c. vsq; igni inextinguibili Rub.13.A.B.C.fo.10.fa.2

Tunc venit IESVS &c. vsq; in finem cap. Rubr. 14.D.fo.12.fa.1

Cap.4.A.B.C.D.

TVnc IESVS ductus est in desertum &c. vsque angeli ministrabant ei. Rubrica 15.A.B.

fo.13.fa.1

Cum autem audiſſet I E S V S quòd Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæá Rub,23.B.fo.19.fa.z

Et relicta ciuitate Nazareth &c. vſq; regnum cœlorum Rub.27.C.fo.zz.fa.z

Ambulans autem I E S V S vſq; ſecuti ſunt eũ Rubrica z8.D.fo.31.fa.z,

Et circuibat I E S V S, vſq; in finem cap. Rubr.z9.D.fo.z3.fa.1

Cap.5.A,B,C,D,E,F,G.

VIdens aũt I E S V S turbas, aſcendit in montem vſq; qui fieret ante vos Rub.34.Rubricella.1. A.B.fo.29.fa.1

Vos eſtis ſal terræ &c. vſque non intrabitis in regnum cœlorum, Rubricella.z.&.3.B.C.fol.z9.facie.z

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non occides. vſq; nouiſſimum quadrantem, Rubricella.4.D.fo.30.fa.z

Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non mœchaberis, vſq; his abundantibus eſt, à malo eſt. Rubricel.5.&.6.E.F.fo.31.fa,1,

Audiſtis quia dictum eſt oculum pro oculo, vſq; ne auertaris. Rubricel.7.F.fo.31.fa.z

Audiſtis quia dictũ eſt. Diliges proximum, vſq; in finem cap. Rubricella.8.G.fo.3z.fa.1

Cap.6.A,B,C,D.

ATtendite ne iuſticiá veſtrá faciatis, vſq; peccata veſtra. Rubric.9.&.10.A.B.fo.3z.fa.z

Cum autem ieiunatis,nolite fieri &c.vſq; reddet ti
bi.Rubricel.12.C.fo.34.fa.1
Nolite theſaurizare vobis vſque tenebræ, quantæ
erunt, Rubricel.13.C.fo.34.fa.2
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire,vſque mali-
cia ſua finem cap.Rubricella.14.C.D. folio.35
facie.1

Cap.7. A,B,C,D,

NOlite iudicare,& non iudicabimini, vſq; di-
rumpant vos,Rub.15.A.fo.36.fa.1
Petite,& dabitur vobis,vſq; petentibus ſe,Rubric.
11.B.fo.46.fa.1
Omnia ergo quæcunq; &c. vſq; qui inueniunt eam
Rubricel.16.B.fo.37.fa.1
Attendite à falſis prophetis, vſq; cognoſcetis eos,
Rub.17. C.fo.37.fa.2
Non omnis qui dicit mihi domine,vſq; in finē cap.
Rub.18.C.D,ibidem.

Cap.8,A,B,C,D

CVm autem deſcendiſſet de monte , vſque in
teſtimonium illis,Rubricella.35.A.folio.38.
facie.2.
Cum autem introiſſet Capharnaum,vſq; ex illa ho
ra.Rub.36.A,B.fo.38.fa.1
Et cum veniſſet I E S V S in domū Petri,vſq; ægro
tationes noſtras portauit,Rub.30.B,fo.42.fa.2
Videns autem I E S V S turbas multas,vſque mor
tuos ſuos,Rub.38.C.fo.48 fa,1
Et aſcendente eo in nauiculam,vſq; obediunt ei,

Rubrica.D.fo.41.fa.z.
Et cum venisset IESVS trans fretum. vsq; in finẽ cap.Rubrica.40.D.fo.42.fa.z.

Cap.9.A.B.C.D.

ET ascendens IESVS in nauiculam vsq; potestatem talem hominibus Rubrica.41.A. folio.44.fa.1.
Et cum transiret inde IESVS vidit hominem vsq; sed peccatores Rubri.31.B.fo.46.fa.1.
Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioan. vsq; ambo conseruantur Rubri.32.C.fo.36.fa.z.
Hæc illo loquẽte ad eos. vsq; in vniuersam terram Rubrica.42.C.fo.45.fa.z.
Et transeunte inde IESV secuti sunt eum duo cœci vsq; ĩ tota terra illa Rubri.43.D.fo.47.fa.z.
Egressis autem illis obtulerunt ei hominem mutũ vsq; omnẽ infirmitatẽ Rubri.56.D.fo.61.fa.z.
Videns autem turbas misertus est eis vsq; in finem cap.Rubrica.44.D.fo.48.fa.1.

Cap.10.A.B.C.D.

ET conuocatis duodecim discipulis vsq; qui tradidit eum.Rubri.33.fo.38.fa.1.
Hos duodecim misit vsq; in finẽ cap Rubrica.45. A.B.C.D.fo.48.fa.1.

Cap.11.A.B.C.D.

ET factum est cum cõsummasset IESVS. vsq; prædicaret in ciuitatibus eorum Rubrica.45.A.fo.69.fa.z.
Ioannes autem cum audisset in vinculis vsq; & iu=

ſtificata eſt ſapiētia à filiis ſuis Rubri.46.A.B. C.fo.50.fa.2.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus vſq; remiſſius erit in die iudicii quàm tibi. Rubrica.55.C.D. fo.61.fa.1.

In illo tēpore reſpōdēs IESVS dixit cōfiteor.vſq; in finem cap.Rubrica.59.D.fo.64.fa.1.

Cap.12.A.B.C.D.

IN illo tempore abiit IESVS per ſata. vſq; dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbati Rubrica.63.A.fo.66.fa.2.

Et cum inde tranſiſſet venit in ſynagogam eorum vſq; in nomine eius gentes ſperabunt Rubrica.64.B.fo.67.fa.2.

Tunc oblatus eſt ei demonium huius.vſq; ex verbis tuis cōdēnaberis Rubri.56.B.C.fo.88.fa.1.

Tunc reſponderunt ei quidam de ſcribis vſq; Ecce pluſquā Salomō hic Rubri.58.D.fo.6 .fa.1.

Cum aūt immundus ſexus vſq; generatio in hunc peſſimum Rubrica.56.D.fo.41.fa.2.

Adhuc eo loquente ad turbas.vſq; finem cap.Rubrica.57.D.fo.63.fa.2.

Cap.13.A.B.C.D.E.F.G.

IN illo die exiens IESVS de domo ſedebat ſecus mare vſq; Eructabo abſcondita à conſtitutione mūdi Rubri. 65.A.B.C.D.E.fo.68.fa.2.

Tunc dimiſſis turbis venit in domum.vſq; profert de theſauro ſuō noua & vetera Rubri.66.B. fo.72.fa.1.

Et factum est cū cōsummasset IESVS parabolas. vsq; propter incredulitatem eorum finem cap. Rubrica. 67.D,fo.73.fa.1.

Cap.14.A,B,C,D,

IN illo tempore audiuit herodes tetrarcha famā IESV vsq; virtutes operantur in eo. Rubrica. 51.A.fo.57.fa.1.

Herodes enim tenuit Ioannem.vsq; prophetam eū habebant rubrica.22. A,fo.19.fa.2.

Die autem natalis herodes vsq; in locum desertū seorsum rubrica.48.B,fo.74.fa.1.

Et cū audissent turbæ secutæ sunt eū,vsq; ascendit in montē solus orare, rubrica.50. B,C,fo.55.fa 1,

Vespere autem facto solus erat ibi vsq; in finem cap.Rubrica.52.C,D,fo.58.fa.2,

Cap.15 A,B,C,D,

TVNC accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & Pharisæi vsq; manibus manducare non coinquinat hominem Rubrica, 68. A,B,fo.73.fa.2,

Et egressus inde IESVS secessit in partes Tyri vsq; sanata est filia eius ex illa hora Rubrica,69.C, fo.75.fa.2,

Et cum transisset inde IESVS vsq; magnificabant deum Israel Rubrica,70.D,fo.76.fa.1,

IESVS autem conuocatis discipulis vsq; in finem cap.Rubrica.71.D,fo.76.fa.2,

Cap.16.A,B,C,D,

ET accesserunt ad eum Pharisæi & sadducæi vsq; doctrina Pharisæorum & sadduceorū

Rubrica.72.A,B,fo.77.fa.z,
Venit autem IESVS in partes Cæsareæ Philippi vsq; non saxis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum rubrica.74 C,fo.78,fa.z.
Tunc IESVS dixit discipulis suis. Siquis vult post me venire vsq; in finem cap. Rubrica. 75. D, fo.80.fa.1,

Cap.17.A,B,C,D,

ET post dies sex vsq; de Ioanne baptista dixisset eis Rubrica,76.A,B,fo.80.fa.z.
Et cum venisset ad turbam vsq; per orationem & ieiunium Rubrica,77.C,fo.8z.fa.1,
Conuersantibus autem eis in Galilæa, vsq; contristati sunt vehementer Rubri. 78.D,fo.83.fa.z,
Et cum venisset Capharnaum, vsq; in finem cap. Rubrica,85.D,fo.90.fa.z,

Ca.18.A,B,C,D,

IN illa hora accesserunt discipuli ad IESVM, vsq; vt pereat vnus de pusillis istis Rubrica. 86.A,B,fo.91.fa.1,
Si autem peccauerit in te frater tuus, vsq; septuagies septies rubrica,87.C.fo.9z.fa.z,
Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi,qui voluit ponere rationem &c.vsq; in finem cap.Rubrica,88.D,fo.93.fa.1,

Cap.19.A,B,C,D,

ET factum est cum cõsummasset IESVS sermones istos vsq; qui potest capere capiat Rubrica.94.A,B,fo.95.fa.z,
Tunc oblati sunt paruuli vsq; abiit Inde Rubrica, 95.B,fo.96.fa.z

Et ecce vnus accedens ait illi magister bone apud deum omnia possibilia sunt. Rubrica.97.B.C. fo.98.fa.1.

Túc respódés Petrus dixit. Ecce relinquimus omnia vsq; in finé cap. Rubri.98.D.fo.99.fa.2.

Cap.20.A.B.C.D.

SImile est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit. vsq; pauci vero electi Rubrica.102.A.B.fo.101.fa.1.

Et ascédés IESVS Hierosólymá assúpsit duodecim vsq; & tertia die resurget Ru.113.C.fo.10 .fa.1.

Tunc acc . ssit ad eú mater filiorum Zebedæi vsq; in Redemptionem pro multis Rubrica. 114. fo.108.fa.1.

Et egredientibus illis ab hiericho vsq; in finé cap. Rubrica.115.D.fo.109.fa.1.

Cap.21. A.B.C.D.

ET cú appropinquassét Hierosolymis. vsq; hosanna in altissimis Rubrica.119. A.fo.1:1. fa.2.

Et cum intrasset Hierosolymam. vsq; ibi mansit Rubrica.121.B.fo.113.fa.2.

Mane auté reuertens in ciuitatem esuriit vsq; credentes accipietis Rubri.123.B.C.fo.115.fa.1.

Et cum venissent in templum accesserunt ad eum docentem vsq; qua potestate hæc facio Rubrica.124.C.fo.115.fa.2.

Quid autem vobis videtur. Homo quidam habebat duos filios vsq; vt crederetis ei. Rubri. 125. C.fo.116.fa.2.

Aliam parabolam audite homo erat paterfamilias qui plantauit vineam vſq; in finem cap. Rubrica.127.D.fo.117.fa.2.

Cap.22.A.B.C.D.

SImile factum eſt regnum cœlorum homini Regi qui fecit nuptias vſq; pauci vero electi Rubrica.103.A.fo.101.fa.2.

Tunc abeuntes Phariſæi vſq; relicto eo abierunt Rubrica.128.B.fo.119.fa.1.

Illo die acceſſerunt ad eum ſaducei vſq; mirabantur in doctrina eius Rubri.129.C.fo.120.fa.1.

Phariſæi autem audientes quod ſilentium impoſuiſſet vſq; lex pendet & prophete. Rubri.130. D.fo.121.fa.1.

Congregatis autem Phariſæis interrogauit eos IESVS vſq; in finem cap. Rubri.132. D.fo.1 2. facie.1.

Cap.23.A.B.C.D.

TVNC IESVS locutus eſt ad turbas vſq; qui ſe humiliauerit exaltabitur. Rubrica. 133.A.fo.122.fa.2.

Væ autem vobis ſcribæ & Phariſæi vſq; in finem cap. Rubrica.134.B.C.D.fo.123.fa.2.

Cap.24.A.B.C.D.

ET egreſſus IESVS de templo ibat &c.vſq; & vnus relinquetur. Rubrica.136.A.B.C. D.fo.125.fa.2.

Vigilate ergo quia neſcitis qua hora vſq; in finem cap. Rubrica.137.D.fo.129.fa.2.

Cap.25.A.B.C.D

TVNC simile erit regnum cœlorum decem virginibus, vsq; nescitis diem neq; horam Rubrica, 138. A, fo. 131. fa. 1

Sicut enim homo peregre proficiscens vocauit seruos suos vsq; & stridor dētium rubri. 130. B, C, fo, 131. fa. 2

Cum autē venerit filius hoīs in maiestate sua vsq; in finē cap. Rubrica. 140. D, fo. 132. fa. 2

Cap. 26. A, B, C, D, E, F, G,

ET factum est cū consummasset IESVS sermones hos vsq; ne tumultus fieret in populo rubrica, 142. A, fo. 134. fa. 1

Cum autem IESVS esset in Bethania in domo Simonis, vsq; hæc fecit in memoriam eius Rubrica, 117. A, fo. 110. fa. 2

Tūc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas vsq; vt eū traderet rubri. 142. B, fo. 132. fa. 2

Prima autem die azimorum vsq; cum duodecim discipulis suis Rubrica, 143. B, fo. 135. fa. 1

Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis vsq, Tu dixisti rubrica. 145. B, C, fo. 136. fa. 2

Cenantibus autem eis accepit IESVS panē vsq; in regno patris mei Rubrica, 146. C, fo. 137. fa. 1

Et hymno dicto exierunt in montem Olíueti vsq; Similiter omnes discipuli dixerūt Rubrica, 149. D, fo. 142. fa. 2

Tunc venit IESVS cum illis in villam vsq; manus peccatorum Rubrica, 150. D, fo. 144. fa. 1

Surgite eamus vsq; relicto eo fugerunt Rubrica, 151. fo. 145. fa. 1

At illi tenentes IESVM duxerunt ad Caiphã vsq; fleuit amare Rubrica,153.F,G,fo.147.fa.1

Cap.27.A,B,C,D,E,F,G,

MAne autem facto consilium inierunt vsq; pi lato præsidi Rubri.154.A,fo.149.fa.2

Tunc videns Iudas vsq; constituit mihi dominus Rubrica, 155.A,fo.150.fa.1.

IESVS autem stetit ante præsidem vsq; quid eum mali fecit Rubrica.156.B,fo.eodem.facie.2

At illi magis clamabant,crucifigatur vsq; & percutiebant caput eius Rubrica,158.C,fo.153.fa.1

Et postquã illuserunt & vsq; vnus à dextris & vnus à sinistris rubrica,159.D,fo.154.fa.1

Prætereuntes autem blasphemabant vsq; improperabant ei rubrica,160.E,fo.156.fa.1

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt vsq; & mater filiorum Zebedæi Rubrica,161.fo.eodem. facie.2

Cum autem sero factum esset,venit quidam homo diues vsq; sedentes contra sepulchrum rubrica. 163.G,fo.158.fa.2

Altera autem die quæ est post parasceuen vsq; in finem cap.Rubrica,164.G,fo.159.fa.2

Cap.28.& vltimum.A,B,C,D,

VEspere autem sabbati vsq; ecce prædixi vobis rubri.165.A,fo.229.fa.1

Et exierunt cito de monumento vsq; ibi me videbunt Rubrica 166.B,fo.160.fa.2

Que cum abiissent vsque in hodiernum diem.

rubri.169.C,fo.232.fa.1

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæá,vsq; in finem libri,rub.175.D,fo.237.fa.2

EVANGELIVM SECVNDVM Marcum,continet cap.16.

Cap.1.A,B,C,D,

INitium euangelii IESV CHRISTI filii dei,vsq; baptizabit vos spiritu sancto, rub.13.A, B,fo.10.fa.1

Et factum est in diebus illis &c. vsq; in te complacui,rubri.14.B,fo.12.fa.1

Et statim spiritus expulit,vsq; angeli ministrabant illi,Rub.15.B.fo.13.fa.1

Postquam aũt traditus est Ioannes,venit IESVS in Galilæam,Rub.23.B.fo.19.fa.2

Venit IESVS in Galilæá prædicans &c.vsq; credite euangelio,Rub.27.B.fo.22.fa.2

Et præteriẽs secus mare,vsq; secuti sunt eum,Rub. 28.B.fo.23.fa.1

Et ingrediuntur Capharnaum vsq; regionem Galilææ,Rub.29.C.fo.24.fa.1

Et protinus egrediẽtes de synagoga,vsq; quoniam sciebant eum,rub.30.C,D,fo.25.fa.1

Et diluculo valde surgens,vsq, in finem cap.rub.35 D,fo.38.fa.2

Cap.2.A,B,C,D.

ET iterũ intrauit Capharnaum post dies octo, vsq; & docebat eos,rub.41.A,B,fo.44.fa.1

Et cum præteriret vidit Leui &c.vsq; sed peccatores,rub.31.B,C,fo.26.fa.1

ꝛt erant discipuli Ioannis, vsq; mitti debet, rubr.23 C,D,fo.27.fa.1
Et factum est iterũ cum dominus sabbatis ambularet, vsq; in finem cap.rub.62.D.fo.66.fa.2

Cap.3.A.B.C.D.

ET introiuit iterũ in synagogã, & erat ibi homo habẽs manum aridam, vsq; ne manifestarent illum, rubri.64.A,B.fo.67.fa.1
Et ascendẽs in montem, vocauit quos voluit, vsq; qui tradidit illum, rub.33.B.C.fo.28.fa.1
Et veniunt ad domũ, & conuenit iterum turba, vsq; spiritum imnũdũ habet, rub.56.C.D. fo.61.fa.2
Et veniunt mater eius & fratres, vsq; in finem cap. rub.57.D.fo.63.fa.2

Cap.4.A.B.C.D.

ET iterũ cœpit docere ad mare &c. vsq; seorsum aũt discipulis suis differebat omnia, rubr. 65.A,B,C,fo.68.fa.2
Et ait illis, in illa die cum sero esset factum, vsq; in finem cap.rub.39.D.fo.41.fa.2

Cap.5.A,B,C,D.

ET venerunt trans fretum maris Gerasenorũ, vsq; oẽs mirabantur, rub.40.A.B.fo.42.fa.2
Et cum transcendisset I E S V S in nauim, vsq; in finem cap.rub.42.C,D.fo.45.fa.2

Cap.6.A,B,C,D,E,F,G,

ET egressus inde abiit in patriam suã, vsq; Et circuibat castella in circũitu docens, rubr.67 A,fo.73.fa.1
Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere, vsq; vn

gebant oleo multos ægros,& sanabantur, rub. 45.B,fo.48,fa.1
Et audiuit rex Herodes &c. vsque hic à mortuis resurrexit,rub.51.B,C,fo.57.fa.1
Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem &c. vsque libenter eum audiebat, rubrica,22.C,fo. 19.fa.1
Et cum dies oportunus accidisset, vsque posuerunt illud in monumento, Rubrica.48. C,D, fo.52.fa.2
Et conuenientes apostoli ad IESVM, vsq; abiit in montem orare,rub.50.D,E,F,fo.55.fa.1
Et cum sero esset erat nauis in medio mari, vsq; in finem cap.rub.52.G.fo.57.fa.2

Cap.7.A,B,C,D,

ET conueniunt ad eum Pharisæi &c.vsq; abintus procedunt communicant hominem, rub. 68.A,B,C,fo.72.fa.2
Et inde surgēs,abiit in fines Tyri,vsq; & dæmoniū exiisse,rub.69.C,D,fo.75.fa.2
Et iterum exiens de finibus Tyri, vsq; in finem cap. rub.70.D,fo.108.fa.2

Cap.8.A,B,C,D,E,F,G,

IN diebus illis,iterum cū turba multa,vsq; in partes Dalmanutha,rub.71.A,fo.76.fa.2
Et exierunt Pharisæi,& cœperunt conquirere cum eo,vsq; si dabitur generationi huic signum,rub. 58.B.fo.63.fa.1
Et exierunt Pharisæi,vsq; nondum intelligitis, rub. 72.B,fo.77.fa.1

Et veniunt Bethſaidam,vſq; nemini dixeris, rubri. 73.C.fo.78.fa.2
Et egreſſus eſt IESVS & diſcipuli eius, vſque Non ſapis quæ dei ſunt, ſed hominum, rubrica 74.C,D,ibidem
Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit ei. Si quis vult me ſequi,vſque in finem cap. rubri.75 D,fo.79.fa.2

Cap.9.A,B,C,D,E,F,G,

ET dicebat illis,vſq; veniens in virtute, rubri. 75.A,fo.114.fa.2
Et poſt dies ſex, vſq; ſicut ſcriptum eſt de eo,rubri. 76.A,B,fo.80.fa.2
Et veniens ad diſcipulos,vſq; niſi in oratione & ieiunio,rub.77.C,D,fo.82.fa.1
Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam,vſq; timebant interrogare eũ,rub.78.E.fo.83.fa.2
Et venerunt Capharnaum,vſque ſed eum qui miſit me, Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex puſillis,vſq; in finem cap.rub.86.F,G,fo.91.fa.1.Reſpondit illi Ioannes, vſq; nõ perdet mercedem ſuam,rub.89.F,fo.93,fa.2

Cap.10.A,B,C,D,E,F,G.

ET inde exurgens, venit in fines Iudææ, vſque & alii nupſerit mœchatur,rub.94.A.B fo.95.fa.1
Et offerebant illi paruulos,vſq; benedicebat illos, rubri.95,B,fo.96,fa.1
Et cũ egreſſus eſſet in via,vſq; omnia enim poſſibilia ſunt apud deum,rub.97.C,fo.98,fa.1

Et post hæc cœpit ei Petrus dicere, vsque nouissimi primi, rubri. 98. D. fo. 99. fa. 2
Erant aût in via ascendentes Hierosolymã, vsq; & tertia die resurget, rub. 113. E. fo. 108. fa. 1
Et accedunt ad eum Iacôbus & Ioannes, vsq; daret animam suam redemptionem pro multis, rubri. 114. F. fo. eodem, fa. 2
Et veniunt Hiericho, vsq; in finem cap. rubr. 115. G fo. 109. fa. 1

Cap. 11. A, B, C, D,

ET cum appropinquarêt Hierosolymæ, vsque hosanna in excelsis, rub. 119. A. fo. 111. fa. 2
Et introiuit Hierosolymã &c. vsq; egrediebãtur de ciuitate, rubri. 121. B. C. fo. 113. fa. 1
Et alia die cum exirêt à Bethania, esuriit, vsq; audiebant discipuli eius. Et cum mane transiret, vsq; dimittat vobis peccata vestra, rub. 123. B. C. fol. 115. fa. 1
Et veniunt rursus Hierosolymam, vsq; in finem ca. rubri. 124. D. fo. eodem, fa. 2

Cap. 12. A, B, C, D,

ET cœpit illis in parabolis loqui, vsque relicto eo abierunt, Rubri. 127. A. fo. 117. fa. 2
Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis, vsq; & mirabantur super eo, rubri. 128. B fo. 119. fa. 2
Et venerunt ad eum Sadducæi, vsq; vos ergo multum erratis, rub. 129. B. fo. 120. fa. 1
Et accessit vnus de Scribis, vsque nemo iam audebat eum interrogare, rubrica. 130. C. folio 121

facie.1.
Et respondens I E S V S docens in templo, vsque & multa turba eum libenter audiuit, rubrica 132 D.fo.122.fa.1
Et dicebat eis in doctrina sua, vsq; prolixius iudiciũ rubri 133.D.fo.eodem.fa.2
Et sedens I E S V S contra Gazophylacium, vsque in finem cap.rub.135.D.fo.125.fa.1
Cap.13. A,B,C,D,
ET cum egrederetur de templo, vsque neque filius nisi pater, rubrica.136. A,B,C. folio.125 facie.2
Videte vigilate & orate, vsq; in finem ca. rub.137 D.fo.129.fa.2
Cap.14. A,B,C,D,E,F,G,
ERat autem Pascha & azima post biduum, vsque ne forte tumultus fieret in populo, & Iudas Iscariotes, vsq; oportune traderet, rubr. 142. A.fo.134.fa.1
Et cum esset Bethaniæ, vsq; narrabitur in memoria eius, rub.117. A.fo.110.fa.2
Et primo die azimorum, vsq; venit cum duodecim, rub.1 3.B.fo.134.fa.2
Et discũbentibus eis & manducantibus, vsque si nõ esset natus homo ille, rubrica.145.B.Folio 1 6 facie.2
Et manducantibus illis, accepit I E S V S, vsque illud bibam nouum in regno dei, rubrica.146.C fo.137.fa.1
Et hymno dicto, vsq; similiter & omnes dicebant,

Rubri.149.G,fo.142.fa.2
Et veniunt in prædium,cui nomen Gethsemani,vs q; & requiescite,rub.150.D;fo.144.fa.1
Sufficit venit hora,vsq; nudus profugit ab eis,rubr. 151.E.fo.145.fa.1
Et adduxerunt IESVM ad summū sacerdotem, vsq; in finem cap.rub.153.F,G,fo.147.fa.1
Cap.15.A,B,C,D,.
ET confestim mane concilium facientes,vsq; tradiderunt Pilato,rub.154.A,fo.149.fa.2
Et interrogauit eū Pilatus,vsq; At illi magis clamabant,crucifige eum,rub.156. A,fol.150,fa.2.
Pilatus aūt volens populo satisfacere,vsq; adorabant eum,rub.153.B.153,fa.1
Et postquam illuserunt ei exuerunt illum,vsque Et cum iniquis reputatus est,rubr.159.C.folio 154 facie 1
Et prætereūtes blasphemabant,vsq; conuiciabantur ei,rub.160.C,fo.156.fa.1
Et facta hora sexta,vsque quæ simul cum eo ascen derant Hierosolymam,rubri.161.D.fol.eodem facie 2.
Et cum iam sero esset factum,vsq; in finē cap.rubr. 163.D.fo.158.fa.2
Cap.16.& vltimum,A,B,C,D,
ET cum transisset sabbatum,vsq; sicut dixit vobis,rub.165.A,fo.229.fa.1
At ille exeuntes fugerunt,vsq; Timebāt enim,rub. 168.B,fo.160.fa.1
Surgens autem IESVS,mane prima sabbati,vs-

que non crediderunt,rub.167.C,fo.161.fa.z
Posthæc autem duobus ex his ambulantibus,vsque nec illis crediderunt,rubri.170.fo.162.fa.z
Nouissime autem recumbentibus illis vndecim apparuit,vsq; in finem lib.rub.175,D.fo.166.fa.1

EVANGELIVM SECVNDVM Lucam,continet cap.24.

Prohemium Lucæ, in suum euangelium. fo.1.fa.z.

Cap.1.A,B,C,D,E,F,G,

FVit in diebus Herodis,vsq; opprobrium meũ inter homines.rub.z.A.B.C.fo.z
In mense autem sexto,vsq; discessit ab illa angelus. rub.4.C.D.fo.4.fa.1
Exurgens autem Maria &c. vsq; in domum suam. rub.5.D.E. fo.4.fa.z
Elizabeth aũt impletum est tempus pariendi,vsque viam pacis.rub.6.F.G.fo.5.fa.1
Puer autem crescebat,vsq; in diem ostensionis suæ ad Israel.rub.13.G.fo.11.fa.1

Cap.z.A,B,C,D,E,F,G,

FActum est autem,in diebus illis exiit edictum vsque priusquam in vtero conciperetur.rub.8 A.B.C.fo.6.fa.z
Et postquam impleti sunt dies purgationis,vsq; reuersi sunt in Galilæam,in ciuitatem Nazareth rub.10.D,E.F,fo.8.fa.1
Puer autem crescebat &c. vsque in finem capituli,

Rubrica.12.F.G.fo.9.fa.2.

Cap.3.A.B.C.D.E.F.G.

ANNO autem quinto decimo &c.vsq; euangelizabat populo Rubrica.13.A.B.C. fo.10.fa.1.

Herodes autem tetrarcha vsq; in carcerem Rubrica.22.D.fo.19.fa.1.

Factum autem cum baptizaretur &c.vsq; complacui mihi Rubrica.14.E.fo.12.fa.2.

Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta.vsq; in finē cap.Rubri.3.F.G.fo.3.fa.2.

Cap.4.A.B.C.D.E.F.G.

IESVS autem plenus spiritu sancto vsq; ad tēpus Rubrica.15.A.B.fo.13.fa.1.

Et regressus est IESVS in virtute spiritus in Galileam Rubrica.23.C.fo.19 fa.2.

Et fama exiit vsq; per medium illorum ibat Rubrica.26.C.D.fo.22.fa.1.

Et omnes testimonium illi dabāt vsq; filius Ioseph Rubrica.67.D.fo.73.fa.2.

Et descendit in capharnaum.vsq; sermo ipsius rubrica.27.E.fo.23.fa.1.

Et in synagoga erat homo.vsq; regionis Rubrica.29.F.fo.25.fa.1.

Surgens autem IESVS vsq; in finem cap.rubrica.30.G.fo.25.fa.2.

Cap.5.A.B.C.D.E.F.G.

FActum est autem cum turbe irruerent.vsq; secuti sunt eum.rubrica.28.A.B.fo.23.fa.2.

Et factum est cū esset in vna ciuitatem.vsq; in de-

sertum orabat, Rubrica, 35. C, fo. 39. fa. 2
Et factum est vna dierum vsq; mirabilia hodie rubrica. 41. D, E, fo. 45. fa. 1
Et post hæc exiit & vidit publicanum, vsq; ad pœnitentiam rubrica, 31. F, fo. 26. fa. 2
At illi dixerunt ad eum vsq; in finem cap. Rubrica, 32. F, G, fo. 27. fa. 2

Cap. 6. A, B, C, D, E, F, G,

FActum est autem in sabbato secundo primo, vsq; filius homini etiam sabbati Rubrica, 63. A, fo. 67. fa. 1
Factum est autem & in alio sabbato vsq; quidnam facerent de IESV, rubrica. 64. B, fo. 96. fa. 1
Factum est autem in illis diebus exiit in montem vsq; qui fuit proditor Rubrica. 33. C, fo. 39. fa. 1
Et descendens cum illis stetit in loco campestri, vsq; patres eorum Rubri. 34. C, D, fo. 40. fa. 1
Et qui te percutit in vnam maxillam, vsq; ne repetas Rubricel, 7. D, fo. 31. fa. 2
Sed dico vobis qui auditis diligite inimicos, vsq; in gratos & malos Rubricel. 8. D. fo. 32. fa. 1
Estote ergo misericordes vsq; de oculo fratris tui Rubricel. 15. F, fo. 36. fa. 2
Et prout vultis vt facient vobis hominis vos facite illis similiter rubricel. 16. E, fo. 37. fa. 1
Non est enim arbor bona &c, vsq; os loquitur rubricel. 17. G, fo. 37. fa. 2
Quid autem vocatis me domine, vsq; in finē cap. Rubricel. 18. G, fo. 38. fa. 1

Cap. 7. A, B, C, D, E, F, G,

CVM autem impleſſet omnia verba vſq; qui languerat ſanū rubri.36.A.B.fo.40.fa.1
Et factum deinceps ibat IESVS in ciuitatem &c, vſq; circa regionem Rubrica.37.C.fo.40 fa.z.
Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius vſq; ab omnibus filiis ſuis rubrica.46.D,E,fo.51.fa.1
Rogabat autem illum quidam de Phariſæis vſq; in finem cap. Rubrica.47.F,G,fo.5z.fa.1

Cap. 8. A,B,C,D,E,F,G,

ET factum eſt deinceps & ipſe iter faciebat per ciuitates vſq; auferetur ab eo Rubrica.65.A,B,C,fo.71.fa.1
Venerunt autem ad illlum mater & fratres vſq; qui verbum dei audiuit & faciunt Rubrica.57.C,D, fo.64.fa.1
Factum eſt autem vna dierum vſq; obediunt ei rubrica.39.D.fo.4z.fa.1
Et nauigauerūt ad regionē Geraſenorū vſq; quāta illi feciſſet IESVS rubrica.40,D,E,F,fo.43.fa.z
Factū eſt autē cū rediſſet IESVS excepit illū turba vſq; in finē cap. Rubrica.4z.F,G,fo.46.fa.z

Cap. 9. A,B,C,D,E,F,G,

COnuocatis autē IESVS duodecim apoſtolis vſq; curantes vbiq; rub.45.A,fo.49.fa.z
Audiuit autem Herodes vſq; & querebat videre eum Rubrica.51.A,B,fo.57.fa.z
Et reuerſi apoſtoli narrauerūt illi quæcūq; vſq; fragmentorū cophini duodecim rub.50.B,fo.56.fa.1
Et factū eſt cū ſolus eſſet orās &c, vſq; & occidi & tertia die reſurgere Rubrica.74.C.fo.75.fa.z;

Dicebat autem ad omnes vſq; donec videant re-
gnum dei Rubrica.75.C,fo.80.fa.1
Factum eſt autem poſt hæc verba fere dies octo,
vſq; quicquàm ex his quæ viderant Rubrica.76.
D,fo.81.fa.2
Factum eſt autem in ſequenti die vſq; Stupebant
auté oẽs ĩ magnitudine dei rub.77.E,fo.83.fa.1
Omnibus auté mirantibus vſq; timebant eũ inter-
rogare de hoc verbo.Rubri.78.E,fo.83.fa.2
Intrauit autem cogitatiò In eos vſq; qui minor eſt
inter omnes vos hic maior eſt Rubrica.86.F.
fo.92.fa.1
Reſpondens autem Ioannes dixit vſq; Qui enim
non eſt aduerſus vos pro vobis eſt Rubrica.89.
F.fo.93.fa.2
Factum eſt autem dum complerentur dies aſſum-
ptionis eius vſq; abierunt in caſtellum Rubri-
ca.109.F,G,fo.104.fa.2
Factum eſt autem ambulantibus illis in via vſq; in
finem cap.Rubri.38.G.fo.41.fa.1

Cap.10.A,B,C,D,E,F,G,

POST hæc autem deſignauit dominus & alios
ſeptuaginta duos vſq; remiſſius erit quàm
illi ciuitati Rubrica.54.A,fo.60.fa.2
Et dicebat illis meſſis quidem multa, vſq; mittat
operarios in meſſẽ ſuã rubri.44.A,fo.48.fa.1
Væ tibi corozaim vſq; ſpernit eũ qui miſit mẽ Ru-
brica.55.C.fo.61.fa.2
Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo vſq; Gaudete

autem quod nomina vestra scripta sunt in cœ=lis, Rubrica, 60. C, fo. 65. fa. 1
In ipsa hora exaltauit in spiritu, vsq; & non audie=runt Rubrica, 50. D, ibidem.
Ecce quidam legisperitus, vsq; vade & fac simili=ter, rubrica, 61 E, F, fo. 65. fa. 2
Factum est autẽ dum iret & ipse intrauit in quod=dam castellum vsq; in finem cap. Rubrica, 62. G, fo. 66. fa. 1

Cap. 11. A, B, C, D, E. F, G,

ET FACTVM est cum esset in quodam lo=co orans vsq; ne nos inducas in tentatio=nem rubrica, 34. Rubricella. 10. A, fo. 33. fa. 1
Et ait ad illos Quis vestrum habet amicum, vsq; dat spiritum bonum petentibus se rubricella. 11. A, B, fo. 37. fa. 2
Er erat eiiciẽs demoniũ vsq; qui audiunt verbũ dei & custodiunt illud rubrica, 56. C, fo. 63. fa. 1
Turbis autem concurrentibus cœpit dicere vsq; plusquàm Iona hic rubri. 58. D, E, fo, 64. fa. 2
Nemo lucernam accendit vsq; lucerna fulgoris il=luminabit te Rubricella. 13. E, fo. 34. fa. 2
Et cũ loqueretur rogauit illum quidam Phariseus, vsq; oĩa mũda sunt vobis rurbi. 68. F, fo. 75. fa. 1
Sed ve vobis Pharisæis vsq; in finẽ cap. rubri. 134. G. fo. 124. fa. 1

Cap. 12. A, B, C, D, E, F. G,

MVltis autẽ turbis cõcurrentibus, vsq; quod est Hypocrisis rubri. 72. A, fo. 78. fa. 1
Nihil enim opertum est, vsq; oporteat vos dicere Rubrica. 45. B. fo. 50. fa. 2

Ait autem ei quidam de turba, vſq; ex his quæ poſſi det Rubrica, 90.C, fo.94.fa.1
Dixit autem ſimilitudinem ad illos hominis cuiuſ-dam diuitis, vſq; non eſt in deum diues rubrica, 91.C.ibidem
Dixitq; ad diſcipulos ſuos ideo dico vobis nolite ſoluite eſſe, vſq; complacuit patri veſtro dare vobis regnum Rubrica, 14.D, fo.35.fa.1
Vendite quæ poſſidetis & date elemoſinam vſq; ibi & cor veſtrum erit rubricel.13.E.fo.34.fa.2
Sint lumbi veſtri præcincti vſq; & nurus inſocrum ſuam Rubri.137.E.F.fo.130.fa.1
Dicebat autem ad turbas cum videris nubem, vſq; non iudicatis quod iuſtum eſt Rubrica, 72.G. fo.78.fa.1
Cum autem vadis cum aduerſario, vſq; in finem cap.Rubricella.[illegible].G, fo.30.fa.2
Cap.13.A.B.C.D.E.F.G.
EDerant quidã ipſo tẽpore, vſq; ſinãtur in fu-turũ ſuccides eã rubri.92.A, [illegible], fo.94.fa.2
Erat autem docens in ſynagoga eorum, vſq; quæ glorioſe fiebant abeo Rubri.93.B, C, fo, 95.fa.1
Dicebat ergo cui ſimile eſt regnũ dei, vſq; donec fermentaretur totum Rubric.65.D.fo.72.fa.1
Et ibat per ciuitates & caſtella vſq; querent intra-re & non poterunt rubricel.16.E.fo.37.fa.1
Cũ autẽ intrauerit pater familias, vſq; Et ſunt pri-mi qui erant nouiſſimi rubricel.18.F.fo.28.fa.2
In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum, vſq; non capit prophanum perire extra Hieruſalem

Rubrica.99 G,fo.100.fa.z
Hierusalem Hierusalē quæ occidis prophetas vsq; in finem Rubrica.134.G.fo.125.fa.1

Cap.14. A,B,C,D,E,F,G,

ET factū est cū introisset IESVS in domū cuiusdā prīcipis Pharisæorū sabbato vsq; qui se hūiliat exaltabit Rub.100.A,B,fo.100.fa.z
Dicebat autem & ei qui se inuitauerit cum facis prandium vsq; beatus qui manducabit panem in regno dei Rubrica.101.C.fo.101.fa.1
At ipse dixit ei homo quidam fecit cœnam magnam vsq; nemo virorū illorū qui vocati sunt gustabit cœnā meā Rubri.103.D,E,fo.102.fa.1
Ibant aūt turbe multe cū eo vsq; nō potest meus esse discipulus rubri.75.F.fo.80.fa.z
Quis enim ex vobis volens turrim edificare vsq; in finem cap.Rubri.104.G.fo.102.fa.z

Ca.15. A,B,C,D,E,F,G,

ERant autē appropinquātes ei publicani vsq; in finē cap.Rub.96.B,C,D,E,fo.97.fa.1

Cap.16. A,B,C,D,E,F,G,

DIcebat aūt & ad discipulos suos homo quidā erat diues qui habebat villicum vsq; qđ vestrū ē quis dabit vobis rub.105.A,B,fo.103.fa.1
Nemo seruus potest duobus dominis seruire vsq; abhominatio est apud deū Rub.14.C.fo.35.fa.1
Lex & prophete vsq; ad Ioannem vsq; vim facit Rubrica.46.D.fo.52.fa.1
Facilius est autem cœlū & terram præterire quàm de lege vnum apicem cadere Rubrica.34.Ru-

bricella.3.E.fo.30.fa.1

Omnis qui dimittit vxorem vſq; mechatur Rubrica.94.F,fo.96.fa.1

Homo quidam erat diues qui induebatur purpura vſq; in finem cap.Rubri.106. G.fo.103.fa.z

Cap.17.A,B,C,D,E,F,

ET ait ad diſcipulos ſuos impoſſibile eſt non veniant ſcádala vſq; vnum de puſillis iſtis Rubrica.86.A,fo.91.fa.1

Attēdite vobis Si peccauerit in te frater tuus vſq; dimitte illi Rubrica.87.B,fo.93.fa.1

Et dixerūt apoſtoli dño Adauge nobis fidem vſq; quod debuimus facere fecimus Rubrica. 107. C.fo.104.fa.1

Et factum eſt dum iret in Hieruſalem trāſibat per mediam ſamariam vſq; fides tua te ſaluum fecit.Rubrica.108.D,fo.eodem.fa.z

interrogatus autem a Pharifæis quando venit regnum dei vſq; regnum dei intra vos eſt Rubrica.131.E.fo.122.fa.1

Et ait ad diſcipulos ſuos venient Dies vſq; in finē cap.Rubrica.136.F.fo.128.fa.z

Cap.18.A,B,C,D,E,F,G,

DIcebat autem & parabolam ad illos quoniā oportet ſemper orare vſq; qui ſe humiliat exaltabitur Rubrica.126.A,B,fo.117.fa.1

Afferabant autem ad eum infantes vſq; non intrabit in illud Rubrica.95. C,fo.96.fa.z

Et interrogauit eū quidā princeps dicens Magiſter bone,vſq; poſſibilia ſunt apud deum Rubri.97.

D,fo.99.fa.1
Ait auté Petrus, Ecce nos dimisimus omnia, vsque vitam æternam, rub.98.E.fo.100.fa.1
Assumpsit aût IESVS duodecim, vsq; non intelligebant quæ dicebantur, rub.113.F, fo.113.fa.1
Factum est auté cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidá, vsq; in finé cap. rub.115.G.fo.109.fa.2
Cap.19.A,B,C,D,E,
ET ingressus perambulabat Hiericho, Et ecce vir nomine Zacheus, vsq; saluum facere quod perierat. rub.116.A, fo.110.fa.1
Hæc illis audientibus adiiciens, dixit parabolá, vsq; ascendens Hierosolymam rub.139.B, fo.132.fa.1
Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage, vsq; lapides clamabunt, rub.119.C, fo.112.fa.1
Et vt appropinquauit videns ciuitaté fleuit, vsq; tépus visitationis tuæ, rub.120.D, fo.113.fa.1.
Et ingressus in templum, vsq; in finem cap. rub.121 E, fo.114.fa.1
Cap.20.A,B,C,D,E,
ET factum est in vna dierum docéte illo populum, vsq; in qua potestate hæc facio, rub.124 A, fo.116.fa.1
Cœpit autem dicere ad plebem, parabolam hanc. Homo quidam plantauit vineam, vsque quòd ad ipsos dixerit similitudiné, rub.127.B, fo.118.fa.2
Et obseruantes miserunt insidiatores, vsq; & mirati, responso eius tacuerunt, rub.128.C.fo.119.fa.2
Accesserunt quidam sadducæorum, vsque non audebant eum quicquam interrogare, rubri.129. D, fo.120.fa.2

Dixit autem ad illos quomodo dicunt CHRI-
STVM filium esse Dauid, vsq; & quomodo fi
lius eius est, rub.132.E, fo.122.fa.2
Audiēte aūt omni populo, dixit discipulis. Attendi-
te à Scribis, vsq; in finē ca. rub.133.F.fo.122.fa.1

Cap.21.A,B,C,D,E,F,G,

RESpiciens autem, vidit eos qui mittebāt mu-
nera sua, vsq; victum suum quem habuit mi-
sit, rub.135.A, fo.125.fa.2
Et quibusdam dicētibus de templo, vsq; donec im-
pleantur tempora nationū, Rub.136 B,C,D,E,
fo.128.fa.1
Et erunt signa in sole & luna, vsq; ante filium homi
nis, rub. eadem. F, fo.129.fa.1
Erat autem diebus docens in templo, vsque in finē
cap. rub.141, G.fo.133.fa.2

Cap.22.A,B,C,D,E,F,G,

APpropinquabat aūt dies festus azimorū, vsq;
sine turbis, rub.142.A, fo.124.fa
Venit autem dies azimorum, vsq; & duodecim apo
stolicum eo, rub.143.B, fo.135.fa.2
Et ait illis, Desiderio desideraui, vsq; qui pro vobis
fundetur, rub.146.B, fo.137.fa.2
Veruntamen ecce manus tradentis, vsq; qui hoc fa
cturus esset, rub.145.B, fo.136.fa.2
Facta est autem contentio, vsq; Satis est, rubr.149
C,D, fo.143.fa.1
Egressus ibat secundum consuetudinem, vsq; ne in
tretis in tentationem, rub.150.E, fo.145.fa.1
Adhuc eo loquente, vsq; potestas tenebrarum, rub.

151,F,fo.146.fa.1
Comprahédentes aút eum,vſq; multa blaſphemá-
tes dicebant in eum,rub.153.G,fo.149.fa.1
Et vt factus eſt dies,vſq; in finem cap.rubri. 154.G
fo.150.fa.1

Cap.23.A,B,C,D,E,F,G,.

ET ſurgens omnis multitudo eorum dixerunt
ad Pilatum,rub.154.A,fo.eodem fa.1
Cœperunt aút illu accuſare,vſq; nihil inuenio cau-
ſæ,in hoc homine.i. Neceſſe aút habebát dimit
tere eis per diem feſtum vnum,vſq; nullá cauſam
mortis inuenio,rub.156.A,G,fo.151.fa.2
At illi inualeſcebant,dicentes,vſq; emandatum er-
go illum dimittam,rub.157.B fo.152.fa.2
Corripiam ergo illum & dimittá,vſq; IESVM ve-
ro tradidit volútatis eorú,rub.158.D.fo.157.fa.2
Et cum ducerent eum,diuidentes vero veſtimenta
eius,miſerunt ſortes .i. Erat aút & ſuperſcriptio,
vſq; rex Iudæorum,rub.159.D,E,fo.155.fa.1
Et ſtabat populus expectás,vſq; ſalui te fac.i.vnus
autem de his qui pendebant latronibus, vſq; in
paradiſo,rub.160.F.fo.156.fa.2
Erat autem hora fere ſexta,vſq; mulieres quæ ſecu
tæ fuit eum,erant à Galilæa hæc videntes,rub.
161.fo.157.fa.2
Ecce vir nomine Ioſeph,vſq; in finem cap.rub.163
G.fo.159.fa.1

Cap.24.& vltimum A,B,C,D,E,F,G,

VNa aút ſabbati valde diliculo,vſq; & recor
date ſút verború eius,rub.165.A.fo.160.f.1

Et regresse à monumento, vsq; & non crediderunt illis, rub.166.B.fo.161.fa.1
Petrus aũt surgens cucurrit, vsq; mirans quod factũ fuerat, rub.167.C.fo.eodem fa.1
Et ecce duo ex illis ibant ipsa die, vsq; cognouerũt eũ in fractione panis, rub.170.D.fo.162.fa.2
Dum autem hi loquuntur, stetit IESVS in medio vsque incipientibus ab Hierosolyma, rub.171.F fo. 167.fa.2
Vos autem testes estis horum, vsq; in finem euãge= lii, rub.175.G.fo.166.fa.1

EVANGELIVM SECVNDVM Ioannem, continet cap. 21.

Cap.1.A,B,C,D,E,F,G,
IN principio erat verbũ, vsq; plenũ gratiæ & ve= ritatis, rub.1. A,B,fo.1.fa.1
Fuit homo missus à deo &c. Ioannes testimonium perhibet, vsq; vbi erat Ioannes baptizans, rubri. 16.B,C,D.fo.14.fa.2
Altera aũt die, vidit Ioannes IESVM veniẽtem ad se, vsq; hic est filius dei, rub.14.D.E.fo.13.fa.1
Altera die iterum stabat, vsq; in finem capi. rub.17 D.E.F.G.fo.15.fa.2

Cap.2.A.B.C.D.
ET die tertia, nuptiæ, vsq; discipuli eius, rub.18 A.B.fo.16.facie prima
Post hæc descendit in Capharnaum, vsq; in finem cap.rub.19.C.D.fo.eodem.fa.2

Cap.3.A,B,C,D,

ERat autem homo ex Pharisæis Nicodemus, vsque in deo sunt facta, rub.20.A,B,C,fo.17 facie 2

Post hæc venit I E S V S & discipuli eius, vsq; in finem cap.rub.21.C,D,fo.18.fa.1

Cap.4.A,B,C,D,E,F,G,

VT ergo cognouit I E S V S,vsq; in Galilæã rub.25.A,fo.21.fa.2

Oportebat autem eum transire &c.vsq; diem festum,rub.24.A,B,C,D,E,F,G,fo.20.fa.1

Venit ergo iterum in Cana,vsq; in finem cap.rub. 25.G,fo.28.fa.2

Cap.5.A,B,C,D,E,F,G,

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascẽdit I E S V S Hierosolymam,vsque in finem cap. rub.49.A,B,C,D,E,F,G,fo.59.fa.2

Cap.6.A,B,C,D,E,F,G,

POst hæc abiit I E S V S trans mare Galilææ, vsq; in montem ipse solus,rub.50.A,B,folio 8 facie 2

Vt aũt sero factum est,vsq; ad terram quam ibant, rub.52.B,C,fo.83.fa.2

Altera autem die turba quæ stabat,vsq; in finẽ ca. rub.53.C,D,E,F,G,fo.84.fa.1

Cap.7.A.B.C.D.E.F.G.

POst hæc ambulabat I E S V S in Galilæã,non enim volebat in Iudæam ambulare,vsque in finem cap.rub.79.A.B.C.D.E.F.G.fo.120.fa.3

Cap.8.A.B.C.D.E.F.G.

IESVS aũt perrexit in montẽ, vſq; iam amplius noli peccare, rub. 80. A, B, fo. 123. fo. 1

Iterũ ergo locutus eſt I E S V S eis, dicẽs. Ego ſum lux mundi, vſq; nedum venerat hora eius, rubri. 81. B, C. fo. 123. fa. 2

Dixit ergo iterum eis I E S V S. Ego vado, vſq; in finem cap. rub. 82. C. D. E. F. G. fo. 124. fa. 1

Cap. 9. A. B. C. D. E. F. G.

ET præteriens I E S V S, vidit hominẽ cœcum à natiuitate, vſq; in finẽ cap. rub. 63. A. B. C. D E. F. G.

Cap. 10. A. B. C. D. E. F. G

AMen amẽ dico vobis, qui nõ intrat per oſtiũ in ouile ouium, vſque nunquid dæmoniũ põt cæcorum oculos aperire. rubr. 84. A. B. C. D. fo. 90. fa. 1

Facta ſunt aũt encema in Hieroſolymis, & hyems erat, vſq; in finẽ ca. rub. 110. E. F. G. fo. 106. fa. 1

Cap. 11. A. B. C. D. E. F. G.

ERat autem quidam languens Lazarus, vſq; & dixerunt eis quæ fecit I E S V S, rub. 111. A. B C. D. E. F. fo. 106. fa. 1

Collegerunt ergo pontifices & Phariſæi conciliũ, vſq; in finem cap. rub. 112. G. fo. 107. fa. 2

Cap. 12. A. B. C. D. E. F. G.

IESVS ergo ante ſex dies Paſchæ, venit Betha-niam, vſq; me autem non ſemper habebitis, rub. 117. A. B. fo. 111. fa. 1

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis: vſq; & cre-debant in I E S V M. rub. 118. B. fo. eodem. fa. 2

In craſtinum aūt turba multa,vſq; ecce mundus totus poſt eum abiit,rub.119.C.fo.1:z.fa.z
Erant autem quidam gentiles, vſq; & abſcondit ſe ab eis,rub.1zz.D.E.fo.114.fa.1
Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis,vſq; in finem cap.rub.141.F.G.fo.133.fa.z
Cap.13.A,B,C,D,
ANte diem feſtum Paſchæ,vſq; in finem,dilexit eos,rub.143.A,fo.135.fa,z
Et cœna facta cū diabolus iā immiſiſſet in cor,vſq; non de omnibus dico,rub.144.B.ibidem
Ego ſcio quos elegerim,vſque dedit Iudæ Simonis Iſcariotis,rub.145.C.fo.137.fa.1
Et poſt buccellā,introiuit in eum ſathanas, vſq; & cōtinuo clarificabit eum,rub.147.D, fo.138.fa.1
Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum, vſq; in finē cap.rub,149.D,fo.143.fa.z
Cap.14.A,B,C,D,
ET ait diſcipulis ſuis.Nō turbetur cor veſtrum vſq; in finem cap.rub.148.fo.138.fa.z
Cap.15.A,B,C,D,
EGo ſum vitis vera,vſq; in finem ca.rub.148 fo.139.fa.z
Cap.16.A,B,C,D,E,F,G,
HAec locutus ſum,vt nō ſcandalizemini, vſq; in fi.ca.rub.148.A,B,C,D,E,F,G,f.140.fa.z
Cap.17.A,B,C,D,
HAec locutus eſt I E S V S & ſubleuatis oculis in cœlum,vſque in finem ca. rub.148.fo. 141,fa,z

Cap.18.A,B,C,D,E,F,G,

HAec cum dixisset I E S V S, egressus est, vsq; introiuit ipse & discipuli eius,rub.149. A.fo. 144.fa.1

Sciebat autem & Iudas,vsq; & ligauerũt eum, rub. 151.A,B.fo.146.fa.2

Et adduxerunt eum ad Annã,vsq; pro populo, Pontifex ergo interrogauit I E S V M,vsq; si aũt bene,quid me cedis,rub.152.C,D,fo.147.fa.1

Sequebatur autem I E S V M Simon Petrus,vsque Petrus stans & calefaciens se.Et misit eũ Annas ligatum,vsq; & statim gallus cantauit,rub. 153.B C,E,fo.149.fa.1

Adducunt ergo I E S V M, vsq; manducarent Pascha,rub.154.E.fo.150.fa.1

Exiuit ergo Pilatus,vsq; in finem cap.rub.156. F,G fo.151,fa.2

Cap.19.A,B,C,D,E,F,G,

TVnc ergo apprehendit Pilatus I E S V M,vsque tradidit eis illum,vt crucifigeretur,rubr. 158.fo.153.fa.2

Susceperunt aũt I E S V M & eduxerunt,vsq; & milites quidẽ hæc fecerunt,rub.159.D.fo.155.fa.2

Stabant aũt iuxta crucem I E S V,vsq; tradidit spiritum,rub.161.F.fo.157.fa.2

Iudæi ergo quoniã parasceue erat,vsq; in quẽ trãsfixerunt,rub.162.F,fo.158.fa.1

Posthæc autem rogauit Pilatus Ioseph, vsq; in finẽ cap.rub.163.G,fo.159.fa.1

Cap.20.A,B,C,D,E,F,G,

VNA autem sabbati, vsq; vidit lapidem sublatum à monumento Rubrica.165.A. fo.160.fa.1

Cucurrit ergo & venit ad simonem, vsq; abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos Rubrica, 167.A.B.C.fo.161.fa.1

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans, vsq; Et hæc dixit mihi Rubrica. 168.D. fo.eodem fa.2

Cum ergo sero esset die illo vsq; non credam Rubrica,171.E.F.fo.164.fa.1

Et post dies octo vsq; beati qui non viderunt & crediderunt Rubrica.172.G.fo.ibidem

Multa quidem & alia signa fecit IESVS, vsq; in finem cap.Rubrica.176.G.fo.166.fa.2

Cap.21.& vltimum.A.B.C.D.E.F.G.

POSTEA manifestauit se iterum, vsq; cum surrexisset à mortuis Rubrica.173.A.B. C.D.fo.164.fa.2

Cum ergo prandissent dixit Simoni Petro IESVS vsq; quia verum est testimonium eius Rubrica. 174.E.F.fo.165.fa.1

Sunt autem & alia multa quæ fecit IESVS, vsq; in finem euangelii Rubrica.176.G.fo.166.fa.2

FINIS.



